



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

De Vitiis Et Impiis Affectionibus falsorum prophetarum, quibus intus & foris  
scatent, ordine alphabetico agitur.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

58 DE FALSIS PROPHETIS,

gitari dæmonibus. Interim alius pius Fran-  
ciscanus dictum dæmonem virtute diui-  
na expulit.

DE VITIIS ET IMPIIS A-

ctionibus falsorum Prophetarum, qui-  
bus intus & foris scatent, ordine alpha-  
betico agitur.

=====  
CAPVT VII.

FALSOS PROPHETAS ES-  
se homines sine affectione rerū  
piarum, animales, animarū de-  
uoratores, aquarum limpidarū  
perturbatores, arbores autum-  
nales, arrogantes, auaros, Baal-  
prophetas, sine benigni-  
tate, bestias, blas-  
phemos.

**Q**VIA in sacris literis fusissimè eorum  
ingenia & studia describuntur, pla-  
cuit ea serie aliqua Alphabeti per capita a-  
liquot

liquot prosequi. Atq; hic primo omnium occurrit, quod homines sint sine affectione, vt inquit D. Paulus, Rom. 1.31. *Inspiri-  
tes, inquit, incompositos, sine affectione, absquo  
fœdere, sine misericordia.* Nullus enim in illis pietatis & deuotionis, aut sensus aut affectus : pari modo, & quidem grauius, eos idem D. Paulus depingit 2. Timoth. 1.  
*Hoc scito, quod in nouissimis diebus instabunt  
tempora periculosa, & erunt homines seipso  
amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemari, pa-  
rentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine  
affectione, &c.* Id enim certo certius ani-  
maduertere potuerunt ij, quibus Deus do-  
num discretionis spirituum elargitus est,  
qui variorum & religiosorum & cleri-  
corum mores vitamq; notarūt, nullos pe-  
ne à religione defecisse, nisi prius notati  
fuerint vitiis pleni, siuisse sine affectione &  
sensu diuinarum rerum, hoc est, nisi eos,  
qui primi in mēsis, in poculis, in relaxatio-  
nibus animi exterioribus : postremi verò  
in templis & oratoriis, atq; ibi quidem si-  
ne vlla animi ad diuina affectione Neque  
mirum, ibi enim oscitanter & negligenter  
rem diuinam agentibus, nulla à Deo  
datur benedictio, sed maledicto reddun-  
tur obnoxii, secundum illud Ierē. 48. 10.

Notene  
negligen-  
tes religi-  
os.

Maledic-

60 DE FALSIS PROPHETIS.

*Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter.  
Quid enim est, inquit Dominus Ier. II. 15.  
quod dilectus meus in domo mea (id est, in te-  
plo) fecit scelerata multa? Maledictione er-  
go diuina induiti sunt ut vestimento, & li-  
cet omnia à superioribus emendationis re-  
media adhibeantur, nulla tamen sequun-  
tur correctioris vitae argumenta, ut verè  
dicere possint eorum superiores cum Iai.  
26. 10. Misereamur impio, & non discet iusti-  
tiam: in terra sanctorum iniqua gessit, non vi-  
debit gloriam Domini.*

*2. Sunt animales: atq; hoc epitheto eos exor-  
nat D. Iudas in sua epist. ver. 19. cùm in-  
quit. His sunt, qui segregant semetipso, ani-  
males, spiritum non habentes. Quod si ita  
est, certè nihil cōmune habent cum ijs, in  
quibꝫ spiritus Domini & ratio dominatur.  
Id quod D. Paulus, qui loquitur nō in hu-  
manis Sapientiꝫ verbis, sed in doctrina spi-  
ritus, spiritualia spiritualibus comparans,  
asserit I. Cor. 2. 14. dicens. Animalis homo nō  
percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: Stultitia e-  
nim est illi, & non potest intelligere, quia spiri-  
tualiter examinatur. hoc est, fide indigent  
quæ dicuntur, & rationibus humanis com-  
pr̄hendi nequeunt, ipsorum namq; ma-  
gnitudo, ut inquit D. Chrysost. homik. in  
priorem*

priorē ad Corin. mentis nostrę imbecillitatem maiorem in modum exuperat. Insuper addo, eo ipso ostendi doctrinam eorum non rem cælestē aut desursum descendentem, sed (vt D. Iacobus cap. 3. 15. loquitur) terrenā, animalem, diabolicam esse.

Tertiō sunt animarum deuoratores, cū enim sint homines sine affectione, animales, diabolici, turbati sunt, vt inquit David psal. 107. 27. & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. *3. Sunt animarum deuoratores.* Operantur, inquit idem psal. 13. 4. *iniquitatem, & deuorant plebem Dei sicut escam,* aut, vt vult psalm. 52. 5. *sicut cibum panis:* & quidem, vt loquitur Isaías capit. 9. 12. toto ore: *facti enim ut leones didicerunt,* inquit Ezech 19. 6. *prædam capere, & homines devorare, viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere,* ad modum diaboli, qui circuit, teste D. Petro 1. cap. 5. 8. tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret. Huic nullus falsorum prophetarum resistit infide: populus demum ipse cum Corinthiis sustinet 2. Cor. 11. 20. si quis illum in servitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem eos cædit sine ullo discrimine, an ab Anthropophagis, an à Saturno, quem pueros deuorare

62 DE FALSIS PROPHETIS.

uorare singunt Poëtæ, an cruentis bestiis  
id attentetur. Sed parum esset, si corpora  
tantum vulnerarent vel occiderent; gra-  
uiissimum verò est, quod animas deuo-  
rent, vt falsos prophetas Ezechielis tem-  
pore conatos fuisse ipsem testatur, at-  
que eum in finem in medio populic con-  
stitutos, coniurationem plusquam Catil-  
**Leonibus** linariam fecisse. Hinc inquit capit. 22. 25.  
**similes** *Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut*  
**falsi pro-** *leorugiens rapiensq; prædam, animas deuora-*  
**pheta.** *uerunt, opes & pretium acceperunt, vidua*  
*eius multiplicauerunt in medio illius.*

Hæc dilatet qui velit; nam posse  
exulcerata tempora nostra nulli negant:  
Verum certissima hos pœna ab Isaia tra-  
dita capit. 5. 24. tandem consequetur, cùm  
inquit, *Propter hoc sicut deuorat stipulam lin-*  
*guaignis, & calor flammæ exurit: sic radix*  
*eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vi-*  
*pisluis ascendet.*

Sic gentes cum Gog & Magog à Satana  
ex abyssi profundo dimisso seductæ, in pré-  
lium congregatæ sunt Apocal. 20. 7. Vbi  
verò arte bellica omnia intentarunt in  
castra sanctorum & ciuitatem Dei, *Descen-*  
*dit ignis de celo & deuoranit eos, & Diabolus*  
*qui se-*

qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis  
& sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta  
cruciantur die ac nocte in scula seculo-  
rum.

Quartò sunt aquarū purissimarum & 4. Sunē  
limpidissimarum perturbatores. Patri- aquarū  
archa Iacob adeo limpidam aquam suis limpidis-  
oui bus præbebat, vt & virgæ populeq; cor- simarū  
ticibus vel præfectis, vel relictis, ab oui- perturbā  
bus discerni Gen. 30. 37. possent. tores.

Falsi prophetæ ne quid videri & discer-  
ni horum fratribus queat, omnia turbant,  
& turbatam inde exhaustam aquam oui-  
bus præbent. Qua de re cum illis expo-  
stulat Dominus Ezech. capit. 34. 18. cum  
inquit, Nonne satis vobis erat pascua bona  
depasci? insuper & reliquias pascuarum ve-  
strarum conculcastis pedibus vestris: & cùm  
purissimam aquam biberetis, reliquam pedi-  
bus vestris turbabatis. Et oves meæ his qua  
conculcatæ pedibus vestris fuerant, pascebantur;  
& quæ pedes vesti turbauerant, hac bibe-  
bant.

Camelus vt nec equos generosos in Camelū  
prælio perferre potest: sic volens sitim similes  
explere, aquam limpidam non patitur, falsi pro-  
sed cùm limpida est, teste Plinio libro octa phete.  
uo naturalis historiæ capit. 18. proculata  
prius

## 64 DE FALSIS PROPHETIS,

teste Plinio lib. 8. naturalis historiæ cap. 18  
proculta prius aqua & perturbata; sitim,  
 quam quatriduo sustinere potest, explet.  
 Cuius commotionis causa à quibusdam  
 redditur, ne turpitudinem sibi à natura  
 inditam intueri cum dolore cogatur: sic  
 ne pseudoprophetarum dedecora mani-  
 festa fiant plebi, multa volumina sacra-  
 rum literarum perturbarunt, & vt fures  
 diripuerunt. Quam enim viam strauisset

*Luther⁹* suæ libidini Lutherus, nisi id, quod de An-  
 corrup- tchristi insatiabili scripsit cupidine Da-  
 tor sacro- niel cap. II. 37. *Deum patrum suorum non*  
 rum Bi- *reputabit, & erit in concupiscentijs fœmina-*  
 bliorum. *rum*, ille vertisset in contrarium: Er wirt  
 die Fräwen nit lieben ∵. non adamabit fœ-  
 minas, perinde ac si sopita iacerent signa  
 verorum Dei ministrorum à D. Paulo 2.

*Castita-* Cor. 6. 4. tradita, inter quæ non infimum  
*tis laus.* locum tenet castitas; & noui Euangelij  
*Baptismi* argumentum indubitatum non esset a-  
 fons quo- mor mulierum, qui tamen apostatare fa-  
 modo per cit sapientes Eccles. 19. 2. Tædet similia  
*turbatus* infinita, quibus turpiter Bibliorum ipsius  
*secundū* translatio & scatet & fetet, in medium ad-  
*materiā* ferre & recensere. Perturbatum etiam esse  
*a Cälui-* sacribaptismatis fontem, cui non constat?  
*no.* Si enim materiam baptismi spectes, habes  
 Iohan-

Iohannem Caluinum, qui in institutionibus suis capit. 18. de baptismo, procaciter defendit, aquam ad baptismum non esse necessariam. Locum verò illum Iohannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, dicit intelligi de solo spiritu sancto: immemor illius, Tres esse 1. Iohann. 5. qui testimonium dant in terra, Spiritum, sanguinem, & aquam. Immemor etiam eius, quod D. Paulus tradit Ephes. 5. Christum mundasse Ecclesiam Iauacrum aquæ in verbo vitæ, & proiecisse, Michæl 7. in profundum maris omnia peccata nostra. Immemor D. Petrum Actor. 2. dixisse, nunquid aquam quis prohibere potest ut baptizentur hi qui acceperunt spiritum sanctum? Immemor & Eunuchum à Philippo Diacono Act. 8. non sine aqua baptizatum esse, sed fortè Caluini corpus nondum est ablutum aqua munda, ut de Hebreis D. Paulus scribit cap. 10. Nondum super eum effusa aqua munda, quam Dominus promisit Ezechielis 36. nondum accessit ad fontem, qui Zachariæ 13. tempore Christi erit patens domus David in emundatione peccatoris, nondum vedit, legit, aut reuolutum Augustinum epistola 28. aut Irenæum lib. 1. c. 18. contra hanc hæresin disputationem

tem, nondum discussit integrum Tertulliani librum de Baptismate, vbi multis argumentis eos refutat hereticos, qui aquæ necessitatem in baptismo pernegant, vocatque hanc heresin Cainam. Circa formam verò huius fontis purissimi, quid nō attenterunt & veteris & nostri temporis heretici? Damnat canon Apostolorum 49. hos, qui tum baptizabant in nomine trium principij expertium, in nomine etiā trium filiorum, & trium paracletorum, sicut canon 58 damnat baptizantes in morte Christi. Irenæus lib. de heresibus cap. 18. refert alias varias formas hereticorum baptizantium.

Concilium itidem primum Nicænum can. 19. Paulionistas à Paulo Samasateno, & Cataphrygas nō seruasse debitam formam afferit. Arriani in nomine Patris maioris & filii minoris, vnde rebaptizabant ab Arrianismo redeentes ad Ecclesiam, teste D. Augustino lib. de heresibus cap. 49. Hanc heresin Deus manifesto comprobauit mi-

*Miracu-  
lū in bap-  
stimo Bar  
bari Ar  
riani.*

raculo, quod tradit Zonaras lib. 3. annaliū Anno siquidem 20. Anastasij Deuterius Episcopus Arrianorum, quendam nomine Barbarum baptizans, ausus est contri- institutum Domini sic dicere: Baptizetur Barbarus

Barbarus in nomine patris per filium in Spiritu sancto : ad quæ verba statim exsiccatum est Baptismi Lauacrum , & Barbarus territus fugit, miraculumq; omnibus exposuit.

Ex recentioribus verò hæreticis turbauit hunc fontem Martinus Lutherus , qui in libro de captiuitate Babylonica cap. de Baptismo , ait, in quo quis nomine posse baptismum conferri, modò ille qui suscipit, suscipiat in nomine Domini . Turbauit eundem Zuinglius lib. de vera & falsa religione , cap. de Baptismo : asserens nullam formam esse necessariam. Ita ut non minor apud eos tam exiguo esse in pretio baptisteria, ut constat anno 1579 quodam in oppido Kerpen si paucis à Colonia milia-ribus quendam oletum in baptisterium excreuisse, qui mox cecitate percussus, cùm in templo oberraret nesciens exitum, captus & ad fores Ecclesiæ suspensus, pœnas sacrilegii dedit.

Peior hic Constantino Copronymo, is enim infans sacrum fontem polluit: hic iustæ ætatis senio. Vterq; tamen certam speciem dedit, Constantinus futuræ, hic præsentis improbitatis.

**Constan-** Alius certè Constantinus Magnus, qui  
**tinus Ma** fontem illum sacram, in quo à B. Sylue-  
**gnus quo-** stro baptizatus fuit, aliis ornamentis de-  
**modo ba-** corauit: fecit enim illum ex lapide por-  
**ptisteriū** phyretico, & ex omni parte coopertum  
**sum or-** intrinsecus & foris, & desuper, & quantum  
**nauerit.** aqua continet, & argento purissimo, libras  
 tria millia & octo. In medio fontis colu-  
 mna porphyretica, quæ portat phialam ex  
 auro purissimo, pensantē libras quinqua-  
 ginta, vbi ardent balsami libræ ducentæ,  
 annexum ex stipa amianti. In labro fon-  
 tis agnum ex auro purissimo fundentem  
 aquam, pensantem libras triginta. Ad  
 dextram agni Saluatorem ex argento pü-  
 rissimo in pedibus quinque, pensantem li-  
 bras centum septuaginta. In leua agni, bea-  
 tum Iohannem Baptistam, ex argento in  
 pedibus quinque tenentem titulum scri-  
 ptum, qui hoc habet: Ecce agnus Dei; ec-  
 ce qui tollit peccata mundi: pensantem li-  
 bras centum: ceruos ex argento septem,  
 fundentes aquam, pensantes singulos li-  
 bras octingentas. Thymiamaterium ex  
 auro purissimo, pensans libras centum  
 cum gemmis prasinis & hyacinthinis. Un-  
 dique numero gemmæ quadraginta duæ.  
 Vide Baronium tom. 3. fol. 212.

Quintō

Quintò sunt arbores malæ, quæ frumentum facere nequeunt bonum Matth. 7. 18. sunt enim, vt inquit D. Iudas 12. 12. arbores, sed in quadruplici genere. Primò arbores autumnales, quæ propter frigus imminens radices altas agere non possunt. Hos enim prophetas tale frigus corripit, vt si absq; socia dormiant, iam iam se lethali aliqua frigida febri correptos iri arbitrentur: deficiente enim fide Matth. 24. 12. refrigerescet charitas multorum. Secundò sunt arbores, vt inquit D. Iudas, in fructuofæ, ac proinde securis iam ad radicem illarū posita, vt omnis arbor quæ non facit fructū bonum, vt inquit D. Ioannes Baptista Matth. 3. 10. exscindatur, & in ignem mittatur. Tertiò ait bis mortuas, Ecclesiæ scilicet Christi & religioni. Quartò eradicatas, quæ enim ex eis radix, dic si vel unus est, qui se verum iam Lutheri discipulum fateatur? Nota historia sterilis ficulnea Luc. 13. 8. Nota Nabuchodonosoris, Nabu- qui similis arbori fœcundissimæ & amplif- chodona- simæ à regnolis habitus: at audire debuit for ut aro- à Daniele auditum vigilem & sanctum di- bor succi centem voce magna, Dan. 4. 11. Succidite arborem, & præscinditeramos eius: & disper- gite fructus eius; Fugiant bestia quæ subter

sunt ar-  
bores au-  
tumnales  
bis mor-  
tua.

eam sunt, & volucres de ramis eius.

6. Sextum vitium falsorum prophetarum

*Arrogan-* est arrogantia, de qua Ierem. 49. 16. *Ar-*  
*tia eorū.* *rogantia tua decepit te, & superbia cordis tui.*

In qua imitantur Moabitas, qui inter ceteros erant insolentiores, de quibus Isa. 16. 6

*Audiuimus superbiam Moab, superbis est*

*Moabi-* *valde: superbiae eius & arrogantiae eius, & in-*  
*eis similes* *dignatio eius plusquam fortitudo eius, que om-*

*nia de ysdem persequitur.* Ierem. 48. Quod

si ex pseudoprophetarum scriptis tollas  
arroganter & cum impotentia animi dicta  
omnia, reliqua nullius erunt authoritatis  
ad conuellendos & conuincendos aduer-

farios.

Hi nihil aliud agunt, quam impius A-  
man, qui hac ratione fortissimum illum

*Amāars-* Mardochæum atque adeo reginam Esther  
*rogantia.* sanctissimam, populumq; Iudeorum pien-

tissimum regno vitaque priuare omni co-  
natu & studio nifus est ( sed in certissi-  
mam suam suique generis perniciem ) de

quo Esther 16. 12. ita: *Qui in tantum arro-*  
*gantia tumorem sublatuſ est, ut regno nos pri-*

*uare & ſpiritu niteretur:* Sed vt est Prover.

8. 13. *Timor Domini odit malum; arrogan-*

*tiam & superbiam, & viam prauam, & os bi-*

*lingue detestor.* Atque adeo vt dicatur cap.

16. §.

16. 3. Abominatio Domini est omnis arrogans. Et meritò quidem, si ea sit in falsis prophetis. Cæterorum enim arrogantia tantum non affert mali aliis, quām ea quæ in illis est. In his enim ita se in altum tollit & erigit, vt regno & terreno & cælesti complurimos priuet: hinc est quod Dominus mortis sententiam in eos Deut. 18. 20. decernat cùm inquit. *Propheta annem qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut dicaret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur.* Causam autem paulò post huius facti subiungens, inquit: *Quia per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.* Vide plura de horum arrogantia infra cap. 9. vbi de animi illorum elatione contra Sanctos Patres, Reges, & Principes latius.

Septimum est avaritia. Sunt enim falso prophetæ quasi principes, qui in plebe dominantur, vt inquit Ezechiel 22. 27. *ritia coris Quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare sectanda lucra.* Hinc Propheta Michæas cap. 3. v. 11. *Principes eius muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant,*

70

Lupis sa-  
miles.

G 4      & pro-

## 72 DE FALSIS PROPHETIS.

& prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominum requiescebant, dicentes; Nunquid non Dominus in medio nostrum? Accedit & id quod Ieremias capit. 6. 13. lamentando conqueritur. A minimo quippe usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. His adde D. Petrum de his diuinantem 2. Pet. 2. 1. Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, &c. qui in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat & perditio eorum non dormitat. Huius rei exemplum & pœnam præscribens D. Iudas in sua epist. v. 11. inquit. Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Legenti librum Numerorum cap. 16. & 22. facile occurret, quid velit Apostolus. Cæterum de auaritia nouorum Euangelicorum, vt pote Lutheri, & sui similius fusius egimus lib. I. de Idololatria cap. 5. & 6.

**In Baal** Octauum est, quod in Baal prophètent, & homines sint sine benignitate. Hinc Ierem. 2. 8. Sacerdotes non dixerunt, sunt sine ubi est Dominus? & pastores præuaricati sunt benignitate. in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal. Quam sceleratum verò fuerit idolū istud, quæ

quæ templo eius, quæ supplex in eisdem,  
qui eius subuersores, fusé lib. 1. de Idololatria cap. II. & 14. lib. 3. cap. 15. diximus.  
Sine benignitate verò eosdem esse docuit  
in superioribus D. Paulus 2. Tim. 3. 3.

Nonum est quod sint malæ bestiæ, ut  
Cretenses fuisse D. Paulus ad Titum scri-  
bens ait, Tit. 1. 12. ex sententia proprij il-  
lorum prophetæ, qui fuit Epimenides, Cre-  
tenses semper mendaces, mala bestiæ, ventres  
pigri, testimonium hoc verum est. Cretenses  
sepulchrum habebat Iouis ita inscriptum.  
Hic iacet Jupiter. Epimenides verò vole-  
bat eum semper esse, quæ D. Paulus intel-  
ligit de anima, ut vult D. Chrysostomus  
hom. 3. in eandem epistolam. Hæc est  
fera illa pessima, quæ deuorauit Ioseph:  
cuius opinione ductus Iacob Patriarcha  
Genes. 37. 33. consciisis vestibus necem fi-  
lij deplorat, ut Ecclesia necem filiorum  
suorum per falsos prophetas commissam.  
Hæ sunt bestiæ, quæ prohibentur ne acce-  
dant terribilem igne, turbine, caligine &  
procellis plenum montem Sinai, Exod. 19.  
13. Heb. 12. 20. in quem Moyses acceptu-  
rus legem ascenderat. Bestia enim quæ teti-  
gerit monte lapidabitur. De harum bestiarū  
pœna vide c. 17. & 20. Apoc. D. Ioā apost.

<sup>9.</sup>  
Sunt be-  
stiæ.

Iouis se-  
pulchrū  
vbi?

G 5 Decimum

## 74 DE FALSIS PROPHETIS,

10. Decimum est, quod sint homines plu-  
**Sunt bla-** nè blasphemati. De his D. Paulus 2. Tim. 2.  
**phemi.** 1. 2. 3. D. Iudas v. 8. 9. 10. Similiter, inquit,  
 & hi carnem quidem maculant, dominationē  
 spernunt, maiestatem autem blasphemant.  
 Cùm Michael Archangelus cum diabolo di-  
 sputans altercaretur de Moysi corpore; non est  
 ausus iudicium inferre blasphemia, sed dixit  
 Imperet tibi Dominus. Hi autem quaecunque  
 quidem ignorant, blasphemant; quaecunque au-  
 tem naturaliter tanquam muta animalia no-  
 runt, in his corrumpuntur. Hi sunt pseudo-  
 prophetæ in populo 2. Petri 2. per quos via  
 veritatis blasphematur: hi sunt qui Isaiae  
 5. 24. abiecerunt legem Dei exercituum,  
 & eloquium sancti Israel blasphemauer-  
 runt. Annè abiecit legem Dei exercituum  
 Lutherus, cùm dixit decem præcepta nihil  
 spectare ad Christianos? Anne eloquium  
**Manda-** eiusdem blasphemauit, cùm scripsit man-  
 ra Dei data eius esse seruatu impossibilia? Alio  
**possibilita** certè est agitatus spiritu, quàm eo qui per  
**seruatn.** verum prophetam Dauid loquitur psalm.  
 118. 142. Iustitia tua iustitia in æternum, &  
 lex tua veritas. Et v. 172. Pronunciabit lin-  
 gua mea eloquium tuum, quia omnia man-  
 data tua æquitas. Clarius psalm. 110 v. 8.  
**Fidelia omnia mandata eius;** confirmata in  
 seculum

## CAPUT VII

75

ſaculum ſaculi, facta in veritate & æquitate.

Atque ita diuina authoritate mandata  
Dei iuſtitia, æquitate, virtute & fideli-  
tate firmata, homo impius audet blaſphe-  
mare? Sed id forte triplici de cauſa fit à Lu-  
thero, vel enim ignorat ſe hac ratione pe-  
diſsequum eſſe meretricis magna, & de vi-  
no proſtitutioniſ eius inebriatum eſſe, que  
Apocal. 17. 2. 3. ſedet ſuper beſtiam coccineam plenam nominibꝫ blaſphemia, quod Euangeliſtam maximè dedecet: vel igno-  
rat Leuit. 24. 16. dictum de blaſphemio fi-  
lio Salumith, Moysi: *Educ blaſphemum ex-  
tra caſtra, ponant omnes qui audierunt manus  
ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus  
universus: vel nunquam legit Isaiam di-*  
centem Lutherο & ſimilibus Apoſtatis ca-  
pit. I. 4. *Vagenti peccatrici, populo graui* Lutherus  
iniquitate, ſemini nequā, filiis ſceleratis. De-  
reliquerunt Dominum, blaſphemauerunt *cur blaſ-  
phemus.*  
*ſanctum Israel, ab alienati ſunt retroſum.*

Super quo percutiam vos ultrà ad-  
dentes prævaricationem?

\* \*

## CAPUT

## CAPVT VIII.

## FALSOS PROPHETAS

Christum negare, esse comeſſatores, criminosos, cupidos,

Dominationum contemtiores.

**H**A CTENVS de vitiis ex litera prima & secunda alphabeti desumptis, nunc Christum duos sequentes complectamur. At h̄c occurrit persona Christi statim sub initium relictis aliis, quem re ipsa negant, licet verbis non ostendant. Ita ut D. Iudas Apostolus verè de illis scripsit in sua epistola vers. 4. *Subintroierunt, inquiens, quidam homines (qui olim prescripti sunt in hoc iudiciū) impij Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam (nonne ita est Luthere?) & solum dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Quid hoc est Luthere, omittere omnia in tua translatione bibli- ca, quæ diuinitatem Christi cum patre & spiritu sancto vnicam testabantur. I. Ioan. Lutherus 5. Scribere tandem horret animus meus horree verbum istud Homousion? Horret Daniel, non in visione filij Dei, quam etiam vidit

vidit, sed cap. 7.3. in visu quatuor bestia- homonstrō  
rum, in visu Leænæ, quæ habuit alas aqui- & quid  
læ : in visu vrsi, cui dicebatur, Surge com- Daniel  
ede carnes plurimas : in visu pardi cui po- horrue-  
testas data est : in visione bestiæ terribilis rit.

atque mirabilis & fortis nimis, quæ habe-  
bat dentes ferreos, comedens atque com-  
minuens, & reliqua pedibus conculcans.

Vnica verò CHRISTI cum Deo essentia  
quid horroris habet, vel potius quid non  
amoris, honoris, & angelicæ Isai. 6. obser-  
uantia? quam si imitatus fueris, non te  
occidet leo in via, 3. Reg. 13.24. non te ir-  
ridentem veros prophetas, lacerabunt  
cum 42. pueris duo vrsi de saltu 4. Reg.  
24. Non te pardus ad varietatē errorum  
Ier. 13. 23. deducet aut, Eccles. 28.27. ledet,  
non te quarta bestia, ex qua Antichristus,  
aut comedet, aut comminuet, nec asseclas  
tuos pedibus conculcatos proteret. Anti-  
christi siquidem potissimas partes futuras  
negationem Christi, D. Iohannes in epi-  
stola 1. cap. 4. 2. ponens discretionem spi-  
rituum bonorum & malorum testatur. *Antichris-*  
*In hoc, inquit, cognoscitur spiritus Dei. Om-*  
*nis spiritus qui confitetur Iesum Christum in car-*  
*bit Christus ne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui sol-*  
*est Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.*

Secundò

## 78 DE FALSIS PROPHETIS,

2. Secundò sunt comessatores , conuiuantes in epulis suis sine timore D E I.  
**Comeſſatores ſunt** Cuius vitij eos notat D. Iudas verſ 12. **H**i  
 ſunt in epulis suis maculae , conuiuantes sine ti-  
 more, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua qua-  
 à ventis circumferuntur , arbores autum-  
 nales, bis mortuae, eradicatoriae, &c. His non  
 ſufficit præteritum tempus ad voluntati-  
 tem gentium consummandam, qui 1. Pe-  
 tri 4. 3. ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vi-  
 nolentijs, comeſſationibus, potationibus, qui  
 iam domos non habent ad manducandum &  
 bibendum. 1. Corinth. 10. 22. ſed Eccleſiam  
 Dei contemptui habentes, non ſecus atq;  
 impii quidā Iudei, tēpore impiissimi Anti-  
 ochi viuunt: Cum templū Hieroſolymitanum  
**Templi Dei pro-** 2. Mach. 6. 4. luxuria & comeſſationib<sup>s</sup> gen-  
 fanatio. riū erat plenū, & ſcortantium cū meretricib<sup>s</sup>,  
 ſacratisq<sup>s</sup> adib<sup>s</sup> mulieres ſe vltro ingerebāt, in-  
 tro ferētes ea quae nō licebat. Qui explosis fa-  
 cris Eccleſiæ ieunijs, carniū & ciborū ali-  
 quorum abſtinentiis, vitā agunt comeſſa-  
 tionibus suis verè Epicuriticām, dicentes:

*Ede, bibe, iude, poſt mortem nulla voluptas.*

Quos cùm Iſai. 22 12. Dominus Deus ex-  
 ercituum vocat ad fletum, & ad planetum, ad  
 caluitum, & ad cingulum ſacci: & ecce gau-  
 dium & laetitia occidere vitulos, & iugulari  
 arietes

teries comedere carnes, & bibere vinum, comedamus & bibamus cras enim moriemur.  
 Sed quę harum rerum consequentia? mox per Aposiopēsin subiungit. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hac vobis, donec moriamini, dicit dominus Deus exercitū. Hinc & Sa-  
 piens Pro. 23. 20. filios Ecclesiæ Catholice gra-  
 uissimè monens, ait, Noli esse in cōuiuijs potato-  
 rū, nec in commēssationibꝫ eorū qui carnes ad ve-  
 scendū cōferunt: quia vacātes potibꝫ, & dātes  
 Symbole consumētur, & vestietur pānis dormi-  
 ratio. Quorū enim olim maiores quicquid  
 iejunio & vitæ continentiae supererat, in  
 pauperum eleemosynas, & cultum & or-  
 namenta templorum erogabant, id filij  
 eorum Lutheri Euangeli corrupti, iam  
 ita commēssationibus abliguriunt, ut vix vi-  
 tæ illorū & nuditati, aut turpitudini cōte-  
 gendę sufficiat quicqꝫ. Cū his certè pseudo-  
 prophetis nihil aliud constituendū esse iu-  
 dico, quā qꝫ in huiusmodi improbos filios  
 diuina sentētia sanctū est semel Deu. 21. 18  
*Si genuerit homo filium contumacem & pro-*  
*ternum, qui non audierit patris ac matris imperium & coercitus obedire contempserit, In impro-*  
*apprehendent eū, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & portam iudicij, dicentqꝫ ad eos,*

Filius

80 DE FALSIS PROPHETIS,

Filius noster iste proterius & contumax est, monita nostra andire contemnit, eomesationibus vacat, & luxuria atq; conuinis: lapidibus cum obruet populus cinitatis & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & universus Israel audiens pertimescat.

3.  
*Sunt cri-* nes. Ut enim Iudas Machabæus omni co-  
*minato-* natu id agebat. 1. Machab. 9. 10. ne pro-  
*res & su-* posito etiam vitæ discrimine inferret cri-  
*surriones.* men gloriæ suæ: sic pseudoprophetæ, qui-  
quid vident attentari à Catholicis, etiam si  
in gloriam Dei cædat maximā, criminan-  
tur. Similes Xantippæ vxori Socratis,  
cuius animus nullis philosophi istius Eth-  
nici virtutibus placari potuit. Similes pha-  
risæis, quibus omnia studia & obsequia  
Christi siue in eos, siue in alios collata di-  
splicebant. Hos nouissimis hisce tempori-  
bus periculosis complurimos futuros D.  
*Luthe-* Paulus 2. Timoth. 3. 3. docuit. Examina-  
*ruserimi* Lutheri scripta, quem ille non magistratu-  
*nator.* tam Ecclesiasticum quam ciuilem: quas  
non ille Catholicorum actiones cum sum-  
ma scurrilitate criminatur? Hos Ecclesia  
Catholica coarguit, & minimè patitur iux-  
ta illud Leuit. 19. 16. *Non eris criminator*  
*neque susurro in populo.* Rationem huius dat  
Sapiens

Sapiens Proverb. 26. 20. *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescent. Verba susurronis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima vestrarum.* Interim ut est Eccles. 31. II. *Susurro coquinabit animam suam, & in omnibus odietur.* Susurrones enim & detractores, teste D. Paulo Rom. 1. 29. sunt Deo odibiles. Demum maledicti sunt hoc nomine pseudoprophetæ. Hinc Eccles. 28. 15. *Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes.*

Quartò cupidi sunt vel rerum alienarum, vel inanis gloriæ. Sic D. Paulus eos <sup>4. cupidi</sup> <sub>sunt.</sub> illorum in numero statuit, qui nouissimis temporibus 2. Tim. 3. 3. venturi sunt. *Inter illos, inquit, erunt homines seipso amates, cupidi, elati, superbi, &c.* Hanc eorum cupiditatem, quo ad aliena bona, quibus inhiant, docent tot spolia Monasteriorum, tot exuuiæ templorum quibus inhiarunt: tot constuprations & adulteria quæ inuexerunt: tot dignitatū ecclesiasticarum, quas ad se traxerunt, direptiones: ut certò certius cognoscas, hoc esse sanguisugatum certissimum genus, quod describens Sapiens Prou. 30. 15. dicit. *Sanguisuga dñæ sunt filiæ, Sanguis dicens, affer, affer.* Ignorant fortè hanc esse gæ filijs <sub>sunt</sub> radicem

H radicem

## 82 DE FALSIS PROPHETIS,

radicem hærefoes, & malorum omnium, ut D. Paulus in sua epistola Timotheum docuit 1. Timoth. 6. 10. dicens. *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis.* Huius rationem dans Sapiens Eccles. 14. 3. *Viro, inquit, cupido & renaci sine ratione est substantia, & v.*  
*9. Insatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis, non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam.* Sic D. Paulus vult Episcopum esse 1. Timot. 3. 3. *non litigiosum, non cupidum: &c, vt est Tit. 1. 7. non turpis lucri cupidū: sicut & Galatas & Christianos omnes Gal. 5. 26. Non efficiamur manis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: sed & saluator hinc fidem veram labefactari, arq; adeo tolli asserit Iohannis 5. 44. dicens. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam qua à solo Deo est, non queritis?* de hac postea latius.*

5. Quintò dominationem & imperium *Dominas* omnes pernunt. Licet D. Petrus *Christionē sper* STI sententia tam Matth. 16. quam Ioā. 21. nunt. Ecclesiā Dei ouesq; gregis sui sibi præ omnibus cōmendatas haberet, sic tamen & se continuuit, & pastores sibi comissos etiam *commo-*

commonuit, ut sic præissent, ne dominari  
in grege, & maximè in clero viderentur.  
1. Pet. 5. 3. facti formæ gregi sibi commis-  
sæ non simulatè sed ex animo. Sed falso-  
rum prophetarum imperium sibi sumptū  
adeo exurgit, ut neq; in septis suorū Mo-  
nasteriorum, Priorum, & Abbatum, nec in  
Ecclesia suorum Episcoporum, Archiepi-  
scoporum, atque adeo Pontificum ferant  
cum discretione imperium. Quod grauius  
queritur D. Iudas v. 4. dicens, *Impij soli*  
*Dominatorem & Dominum nostrum Iesum*  
*Christum negant, & vers. 8. Hi carnem qui-*  
*dem maculant (est ne ita Luthere transfu-*  
*ga cum tua fœdis fraga Catharina? domina-*  
*tionem autem spernunt, maiestatem vero blas-*  
*phemant. Hinc Lutherus nullos suę doctri-*  
*nę vult iudices, nullas suę vitę fert leges.*  
Neq; vlla eum huius contemptus tenet vel  
cura vel conscientia. Reuocet is, reuocent  
& alij in mentem, quid D. Petrus 2. Pet. 2.  
9. de huiusmodi in medium afferat. *Nouit,*  
*inquit, Dominus pios de tentatione eripere,*  
*iniquos vero in diem iudicij reseruare crucian-*  
*dos: magis autem eos qui post carnem in con-*  
*cupiscentia immundicie ambulant, domina-*  
*tionemq; contemnunt, audaces, sibi placentes,*  
*sectas non metuunt introducere.*

Lutherus  
nullū in-  
dicem pa-  
titur.

34 DE FALSIS PROPHETIS.

Hæc si pseudoprophetarum nostri temporis greges penitus examinarent, haud dubio à scelerata illa libidine & dominandi cupidine animum reuocarent, & pœnitentiam acturi intrarent in speluncas petrarum Isai. 2. 9. Oseæ 10. 8. Luc. 23. 30. & in voragini terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. Cæterum hæc latius patebunt, cùm sequenti capite nono elatam eorum mentem, qua nec sanctorum Patrum consensui sese submitunt, neque suorum antistitum & Ecclesiæ Catholicæ præsulum authoritatem verentur, neq; magistratus ciuilis, Principum, & imperatorum iura contra eos

decreta pertime-

scunt deseri  
hemius



CAPVT

## CAPVT IX.

EOSDEM ESSE EBRIOS,  
& quanta eorum elatio animi,  
& quales errores, & quare  
in errore perſi-  
ſtant.

**H**ic primò omnium occurrit ebrietas, quæ maximè falsis prophetis & eorū ingenio conuenit ob singulares eius effe- <sup>1.</sup> *Ebrietas* & tus. Ipsi enim cùm sint amari, facile illis *eorum*. hæc ebrietas animi amaritudinē conciliat, secundum illud Eccles. 31. 39. *Amaritudo anime vinum multum potatum.* Hæc in- ter carnis opera recensetur Gal. 5. 19. 20. 21. & ipsi carnales sunt maximè. Quia verò Oſeæ 10. 2. *Divisum est cor eorū*, certum est id per ebrietatem aliquorum factum, teste codem cap. 4. 11. dicente, *Fornicatio & vi- num & ebrietas auferunt cor.* Hinc etiam eadem probat cordis eorum superbiam. Ut enim inquit Ecclesiasticus capit. 31. 31. *Ignis probat ferrum durum: sic vinum corda superborū arguet in ebrietate potatum.* Hinc illorum error, atq; in fide in constantia.

*H 3. Palpa-*

85 DE FALSIS PROPHETIS,

Palpabunt enim, inquit Iob cap. 12. 25. quasi  
in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet  
sicut ebrios. Nam Dominus Isai. cap. 19. 14.  
*Misericordia* in medio eorum spiritum vertigi-  
nis: & errare eos fecit sicut Ægyptios in omni  
opere eorum, sicut errat ebrius & vomens.  
Vnde psalm. 106. 26. 27. Anima eorum in  
malis contabuit. Turbati sunt, & (per apo-  
stasiam & perfidiam) moti sunt sicut ebrius.  
Et ne illis aliquid sapientiae inesse arbitre-  
ris, quo eos consulas, addit. Et omnis sapien-  
tia eorum, non comesta, sed devorata est. Hinc  
illorum cum dæmone Apoc. 12. 12. ira mā-  
gna. Vinum enim, ut est Eccl. 31. 38. multum  
potatum, irritationem, & iram, & ruinas mu-  
tas facit. Tria enim hæc in illis supremum  
Dominium tenent. Hinc illorum libido,  
& vndique excitatus tumultus. Luxuriosa  
enim res vinum, Prover. 20. 1. & tumultuosa  
ebrietas. Noluit ergo D. Paulus nos inebria-  
ri Epes. 5. 18. vino in quo est luxuria. Noluit  
Christus Luc. 21. 34. corda nostra granari  
aut crapula aut ebrietate, aut curis huic vi-  
tae. causam subiungens, inquit. Ne superuen-  
iat in vos repentina dies illa, tanquam la-  
queus enim superueniet in omnes, qui sedent su-  
per faciem omnis terræ. Hanc ebrietatem in  
falsis prophetis dominari Isa. cap. 28. 7. 8.  
docet,

doceat, Præ vino quoq; nescierūt, præ ebrietate errauerūt, sacerdos & propheta nescierūt, præ ebrietate absorpti sunt à vino, errauerūt in ebrietate, nescierunt videntē, ignorauerūt iudicium. Omnes enim mēsā repletæ sunt vomitus sordiumq;, ita ut non esset ultrà locus. Hæc cīne indigna? indignusq;; q; pudet dicere & certissimum est, q; ab ipsis Transyluaniae incolis ad fidē Catholica cōuersis audiui, qui cum Lutherans concionator̄, qui præstantissima catholicorū sacerdotū vini promōtoria ad se rapuerunt: his omnibus, quæ Isaias commemorat, lusus inhonestissimos adhibuisse, secundum illud 1. Cor. 10.7. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Vbi enim pseudopastores cum suis mulieribus ad superintēdentem conuenerant & vino æstuauerant, spoliatis omnibus vestib; tam masculi concionatores, quā fæminæ, supra mensas, sub mensis, supra scamna, sub scamnis, supra & infra lecticas turpissima agitabant, seruitoribus inspectantibus. Estne hoc grauius, quām quod queritur Isaias aduocās etiam bestias ad huiusmodi pecudes deuorandas? Omnes, inquit cap. 56.9. bestiæ agri venite ad deuorandum, uniuersæ bestiæ saltus. Speculatores eius cæci omnes nescierunt uniuersi, canes muti nō valentes latrare, videntes vana dormientes & amantes somnia.

H 4

Et ca-

Ebrietas  
conciona-  
torū Trā-  
sylvanie.

§8 DE FALSIS PROPHETIS,

*Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam à summo usque ad nouissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius. Verba sunt malorum prophetarum, quorum Deus venier est, & gloria in confusione ipsorum, Philip. 3. 19. qui præsentis diei voluptatibus minimè satiati, parant futuras multo maiores presentibus. Hi populum ad compotationes & comedationes, non ad conciones & carnis corporisque castigationes inuitant: sed ut CHRISTVS Dominus cauit grauissimè, ne cùm his ebriosis bibamus Matth. capit. 24. 48. 49. 50. 51. Luc. capit. 12. 45. 46. alioqui partem habituri cum hypocritis, ibi, ubi fletus erit & stridor dentium, ita D. Paulus, vult ne cum his cibum sumamus i. Corinth. 5.11. Nunc autem scripsi vobis, inquit, non commisceri, si is qui frater nominatur ( multò magis si sibi prophetæ nomen tribuat) est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicuſ, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.*

*Alterum est animi mentisq; elatio, de qua*

qua etiam nonnihil cap. 7. egimus, qua si possent, niterentur cum Antiocho 2. Machab, 5. 21. præ superbia terram ad nauigandum: pelagus verò ad iter agendum deducere. Tales nouissimis his temporibus futuros D. Paulus 2. Tim. 3. 2. afferit. *Hoc autem scitote, inquit, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, &c.* sicut & eosdem Rom. 1. v. 30. describit. De his egimus fuisus, cum eorum arrogantium cap. 7. descriptissimus, nunc licet addere quām contemptim Lutherus de Ecclesiæ Catholicæ Episcopis & Præfulibus, de magistratu seculari, & quām magnificè de se senserit. Vix ullum Sanctorum Patrum esse, quem non carpat, ostendit in conuiuiis mensalibus cap. de Patribus Ecclesiæ, ubi sic ait, Hieronymus legere licet propter historiā: audi hominis impudicitiam. Nam de fide & vera religione, & doctrina ne verbum quidem in ipsius scriptis extat. Origenem iam dudum diris deuoui. Chrysostomum nullo loco habeo, nō est nisi loquaculus. Basilius nihil valet, totus est monachus, ne pilo quidem illū redimerē. Apologia Philippi omnes Ecclesiæ doctores exuperat, etiam Augustinum. Bernar-

<sup>2o</sup>  
Elatio  
animi.

Lutherus  
quomodo  
carpat  
Patres.

Luther  
quomodo  
contēnat  
Sanctos  
Patres.

H § dus

50 DE FALSIS PROPHETIS

dus omnes Ecclesiæ Doctores vincit con-  
cionando : sed cùm disputat, in aliud vi-  
rum mutatur : ibi nimiū tribuit præcepto  
& libero arbitrio. Tertullianus inter Ec-  
clesiæ Doctores merus est Carolstadius.  
Cyprianus Martyr infirmus est Theolo-  
gus. Et paulò post, S. Hieronymus scripsit  
in Matthæum & epistolam ad Galatas, &  
ad Titum, sed quām frigidè ? Ambrosius  
sex libros super Moysen scripsit, sed quam  
ieiunos ? Augustinus nihil singulare habet  
de fide. Idem ibidem in capite de schola-  
sticis Theologis, Dionysius multa garrit  
de diuinis nominibus, de Ecclesiastica &  
cælesti Hierarchia, adeo ut eum hactenus  
vocauerint diuiniloquū Theologum, qui  
de rebus summis & diuinis scriperit : sed  
meræ sunt fabulæ. Libro verò de captiui-  
tate Babylonica cap. de ordine, Mihi, in-  
quit, in totum displicet, tātum tribui Dio-  
nysio, cùm nihil in re sit solidæ eruditio-  
nis. Omnia illius sunt propè somnijs simili-  
lma. In caput 22. Geneseos scribens, Quin-  
te Hieronyme conculcamus, ait, cum tua  
Bethlehem, cuculla & deserto? Contra re-  
gem verò Angliæ agens. Quis, inquit, est  
Augustinus ? Quis nos coget illi credere ?  
qua authotitate eius verbum est articulus  
fidei

fidei? Sic in colloquijs Germanicis fol. 499. & ad 49. caput Geneseos carpit D. Gregorium In resolutionibus ad 13. propositionem de potestate Papæ calumniantur Isidorum, In captiuitate cap. de Baptismo traducit Petrum Lombardum Magistrum sententiarum. Et hæc in Doctores Ecclesiæ, quos Dominus, teste D. Paulo Ephes. 4. II. posuit ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei.

Atque hic meritò assentimur Socrati *Fons hæ-  
lib. 7. historiæ cap. 32.* docenti & tradenti *reſeon o-*  
fontem, vndè hærefes omnes promanare *mniū*  
& scaturire solent, vnde & Nestorium ve- *quis?*  
nena hærefeos suæ deprōpſiſſe & diffuſiſſe  
cōſtat. Ex tumore ſcilicet mētis, neglectuq;  
Sanctorum Patrum, atq; contemptu anti-  
quarum traditionū, cū ſibi nimiū ſapiens,  
fastu inflatus eloquij, ſe non indigere do-  
ctorē putauit. Neq; verò Lutherus hac Pa-  
trum censura contentus, Ecclesiarū etiam *Lutherus*  
pr̄efules & Antiftites prouocando laceſſit. *calumni-*  
In libro enim aduersus falſo nominatū Ec- *atur Epi-*  
clesiaſticum ordinem Episcoporū ſcribit *scopos.*  
ita: Huc, huc nunc attendite vos Epifcopi,  
imo Epifcoporum vmbrae.

Doctor

Doctor Lutherus ille à vobis toties damnatus , bullam & edictum vobis leget non valdè teneris vestris auribus placitum. *Lutherus rū, &c.* Principes verò & reges, cuius apud Reges & illum fuerint authoritatis , facile colliges principes lector, vbi librum eius contra regem An. contēnit. gliae euolueris, vbi inter cætera sic scribit, Reputo illos principes, veluti lentes recentes, quæ , priusquam inde pediculi nascantur , inanes aridæq; sunt pelliculæ. Ego *Lutherus ex pedi culis na- tis men dicus.* autem huiusmodi lendibus bene faueo, vt glorientur & cantent. Nos sumus vilis prosapiæ, pediculi sunt parentes nostri, magni illi Gigantes , qui etiam Romanum Imperatorem Syllam multosq; alios interfecerunt. Quid igitur ad nos ? Sit Lutherus mendicus dicens. Verum est lentes estis, pediculi nondum facti. Hæc ille.

*Lutherus arroganter scribat.* De se verò quanta animi elatione lo de se quā quatur, testatur libro , quem aduersus falso nominatum Ecclesiasticum ordinem Episcoporum scripsit , vbi inter cætera ita loquitur, Ego appello me Ecclesiasten Dei gratia , & titulo insigniui meipsum , quem vos tot conuitiorum plaustris hæreticum appellatis: eumq; titulum nunc mihi sumo (vt ne ignoretis) magnifico vestri & Satanæ contemptu. Et si Euangelistam me etiam

etiam Dei gratia nominarem, citius essem *Se Euana-*  
*estensurus me hoc maiore iure facere, quā gelistam*  
*vestrum aliquis, titulo aut nomini Episco-* *nominat.*  
pi satisfaceret. Certus enim sum, sic Chri-  
stum me nominare, & pro Ecclesia ha-  
bere, qui meæ doctrinæ Magister est, eum-  
testem non dubito futurum in die illo ma-  
gni iudicii, hanc doctrinam non esse meā,  
sed Dei, sed spiritus Domini, puriq; & sin-  
ceri Euangelij, proinde hoc scripto vobis  
palam significo, & iam ante pronuncio me  
de cætero (quandoquidem palam veritati  
resistitis) non tantum honoris habiturum,  
ut me, aut meam doctrinam, vestro aut vl-  
lius angeli de cælo iudicio subiçere di-  
gner. Idem aduersus regem Angliæ, Dog-  
mata mea stabunt, & Papa cadet, inuitis o-  
mnib' portis inferi, me vocauerunt ad bel-  
lū: bellum igitur habebūt, pacem oblatam *Bellicosus*  
*Luther⁹.*  
contempserunt: pacem igitur non habe-  
bunt, Deus viderit uter primò fessus defe-  
cerit, Papa an Lutherus, sic placet indies  
magis ac magis superbire aduersus insulsos *Superbus*  
*Luther⁹.*  
istos & ineptos basiliscos, quō magis ipsi  
fugrunt. Instat enim mors papatus abomi-  
nabilis, vrget eum ineluctabile suum fatū  
(vt Daniel ait) ad finem si venit & nemo  
auxiliabitur ei. Si folius Christi sumus, quis  
est

## 94 DE FALSIS PROPHETIS.

*Quomo-  
do insul-  
tat omni-  
bus Lu-  
therus.*

est iste stolidus rex, qui suis mendacijs nos  
Papæ facere molitur? Nos nō sumus Papæ,  
sed Papa noster est: nostrū est nō iudicari  
ab ipso, sed ipsum iudicare: Spiritualis e-  
nim à nemine iudicatur, sed ipse iudicat o-  
mnes: quia verum est, Omnia vestra sunt,  
etiam Papa, quantò magis sordes istæ & la-  
bes hominum? Ego aduersus dicta Patrū,  
hominum, Angelorum, dæmonum, pono  
non antiquum usum, non multitudinem  
hominū, sed vnius maiestatis æternæ ver-  
bum Euangeliū, quod ipsimet coguntur  
probare. Hic sto, hic sedeo, hic insulto  
Thomistis, Henricistis, Sophistis, & om-  
nibus portis inferi, nedum dictis hominū  
quantumlibet Sanctorum aut consuetudi-  
ni fallaci; Dei verbum est super omnia, di-  
uina maiestas mecum facit, ut nihil curem,  
si mille Augustini, mille Cypriani, mille  
Ecclesiæ Henricianæ contra me starent,  
Deus errare & fallere non potest. Augusti-  
nus & Cyprianus, sicut omnes electi, erra-  
re potuerunt & errauerunt, &c. Incessit  
rex conuitiis libellum meum contra libe-  
rum arbitrium scriptum, quem Erasmus  
Roterodamus coactus est dimittere, & in-  
tactum relinquere. Et trotz non solùm  
regi & Erasmo, verúmetiam coram Domi-  
no Deo

no Deo, & omnibus diabolis, &c. Bone *Quā preo*  
 Deus quam diligenter subtilibusq; modis *tiosus san*  
 quærunt me. Annē ego sum prætiosus & *guis Lu-*  
*nobilis vir?* Imò certis his mille annis, vix *theri.*  
 nobilior fuit sanguis quam Lutherus. Cur  
 ita? Coniice tu ipse. Tres iam pontifices  
 Romani, tot Cardinales, Principes, Episco-  
 pi, Monachi, magniq; Iohannes eruditii,  
 totus mundus, hi omnes super sanguinem  
 Lutheri proditores, latrones & carnifex  
 sunt, aut certè libenter esse vellent: sed &  
 diabolus cum suis. Vah te, Ego ipse sanguinē  
 meum odi, quando hæc cogito, quod ego  
 tales magnificos & præstantes carnifex  
 ac latrones habere debeam. Hæc ille pro  
 sua modestia Euangelica.

Tertium est, pseudoprophetarum er-  
 ror, quem docent, & in errorem ducunt. *3. Error*  
 Hi enim sunt, qui *alienati sunt*, vt inquit *corum.*  
 Dauid psal. 57. 5. à *vulna*, errauerunt ab *uite*  
*ro*, locuti sunt falsa: qui Iob. 12. 25. palpant  
*quasi in tenebris*, & non in luce, & quos Deus  
*errare facit sicut ebrios*; Error enim & tene-  
*bræ*, vt est Eccles. 11. 16. his peccatoribus  
*concreatae sunt*, & Proverb. 13. 13. animus  
 dolosi errat in peccatis. Hi sunt sidera er-  
 rantia, Iudæ 13. & in errorem mittentia.

Hi si-

Hisimiles Balaam, de quo D. Petrus loquens 2. Pet. 2. 14. Pellicientes animos instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes rectā viam errauerunt, secuti viam Balaam. (de quo Causa erroris, 1. auaritia. Num. 12. 23.) ex Bosor, qui mercedem ini-quitatis amavit, correptionem verò habuit suæ vesaniae, subiugale mutum animal hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. Cuius & Iudas apostolus v. II. meminit Huius etiam erroris causam ponit idē D. Petrus auaritiam, sicut & D. Paulus in Timoth. 6. 10. Cupiditatem, cùm inquit, Radix omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis, incidentes, ut pauci ante dixerat, in laqueum diaboli. Modum verò quo alios in errorem pertrahunt, describit D. Petrus 2. Pet. 2. Hi, inquit, sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes, pellicunt in desideriis carnis luxuria, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis. Non attendunt hi ad id quod D. Paulus monuit Galatas cap. 5. 13. quòd licet diceret in veram libertatem vendicato

tos fuisse, vetuit tamen, ne libertate hac ad lasciuiam & carnis petulantiam abutentur. Fore autem tales complures, ostendimus sufficienter ex I. Tim. 4.1. vbi inquit,  
*In nouissimis temporibus futuros, qui attendant spiritibus erroris, Sicut & huius, præter duos superiores tertiam causam dat erroris, quod charitatem & amorem veritatis contemptui habuerint 2. Thess. 2.8. Tunc, inquit, reuelabitur ille iniquus (Antichristus scilicet) quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruct illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt ut saluissent. Ideo mitteret illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Libet huius rei certissimum exemplum de pseudo quodam Moyse adducere, cuius inter cæteros historicos mentionit Nicephorus Calixtus lib. 14. cap. 40. *Pseudo-*  
*eius itaque verba subijcimus. Et diuinus Moyses quidem Proclus ad sacra Ecclesiæ gubernacula confedit, & res Ecclesiasticas compofefelleris*  
*suit. Eo autem tempore multi in Creta Indæos. Iudei Christianorum sacra sunt complexi, per causam eiusmodi. Vir quidam ex eoru*

3. Causa  
erroris  
temptus  
veritatis

## 98 DE FALSIS PROPHETIS.

genere erat, qui cùm per fraudem & dō-  
lum vitam peregisset, postremò etiam se  
Moysen illum esse assimilauit, & cælitus in  
Cretam à Deo propterea missum esse con-  
finxit, vt eius loci Iudæos ipse per mare,  
perinde atq; olim Israelitas per rúbrum si-  
num, duceret. Et passim ipsam instulam  
peragrans, vt se illum esse crederent, sua-  
sit: atq; vt opes quas haberent, pecúniasq;  
& possessiones omnes aspernarentur co-  
hortatus est: se illos per mare nō aliter quā  
in arida in promissionis terram ducturum  
esse pollicitus. Atque illi vanis illius pro-  
missis decepti, res operasq; suas vbiq; ne-  
glexerunt, & facultates temerè quibuscun-  
q; diripiendas permisere. Vbi dies consti-  
tuta aduenit, qua proficiisci debebant, ipse  
quidem confidentia & fastu plenus, eis pre-  
iit: illi verò hominem vñà cum coniugi-  
bus & ætate imbecilliore consecuti sunt:  
Itaq; eos in summum quandam scopulum  
in pelagus excurrentem duxit: atque inde  
coniçere seipso in mare, veluti natantes  
& vrinantes iussit. Idq; ex illis quidam, sta-  
tim vt imperatum eis erat, fecerunt, neq;  
deinceps apparuerunt. Quidam etiam in  
præcipitio faxis allisi interierunt. Et vni-  
uersi illi, vel in vndis, vel in præcipitibus  
faxi

Taxis periissent: nisi Dei prouidentia, vix  
piscatores & alij mercatura victu quæritâ-  
tes, Christiani homines, subito affuissent,  
eosq; modis omnibus extrahentes seruaf-  
sent. Tum primum fortasse qua dementia  
capti essent sentientes: alios quo minus se  
in fluctus proiicerent, prohibuerunt: ea-  
rum, qui ante id fecissent, interitum illis  
indicantes.

Qui sanè egrè in animo rem secum re-  
putantes, & fraudem sine iudicio suscep-  
tæ fidei & credulitatis deprehendentes, vt  
miserabilem in modu enatarent sustinue-  
runt: & tandem pseudo Moysen illum com-  
prehendere sunt aggressi. Verùm perfice-  
re id minimè potuerunt. Confestim enim  
ille disparuit, & magnam suspicionem pre-  
buit, perniciosum quempiam dæmonem  
sub humana specie gentem eam in exi-  
tium produxisse. Proinde multi Iudeo-  
rum superstitioni nuncio remisso, in Cre-  
ta Christianam religionem constanter su-  
sceperunt. Horum innumera propè fuit  
multitudo. Hactenus Nicephorus.

Hæc Satanæ est fallaciæ, hic dolus, hæ  
technæ, vt cū deceperit & præcipitauerit e-  
uanescat, & ad tempus discedat. Rectè ergo  
monet suos D. Petrus 2. Pet. 3. 17. dicens.

100 DE FALSIS PROPHETIS,

*Vos igitur fratres, præscentes, custodite, nè insipientium errore traducti excidaris à propria firmitate.* Quasi dicat cum Eccles. capit. 17. v. 26. *Non demoreris in errore impiorum, néue dicas cum impijs Isai. cap. 30. 10.* *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* De qua refusius cap. 6. egimus. His manet certa rerum omnium confusio. Confusi sunt, inquit Isai. capit. 45. 16. Et erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. His exigua spes est sanctioris vitæ, mali enim homines et seductores, inquit D. Paulus 2. Tim. 2. 13. proficiunt in peius, errantes, et in errorem mittentes. His nulla Dei benedictio manet reliqua, si enim maledicto redduntur in sacris literis obnoxij, qui cæco Leuit. 19. 14. ponunt offendiculum, aut eundem errare faciunt in itinere, quid de huiusmodi pseudoprophetis statuendum, qui cœci errant ipsimet, & alios cæcos in errorem ducunt itineris? vtique id quod dicitur Deut. 27. 18. *Maledictus qui errare facit cœcum in itinere, et dicet omnis populus Amen, scilicet super illorum maledictionem.* Quod si verò certum horum errorum signum à me queras, quô discernere eos à ceteris possis, hoc certissimum habeas argumentum. Si quid docent,

*Maledictus  
Et tales  
errones.*

*Quo signo  
cognoscuntur errores.*

cent, quod ab Apostolicæ Ecclesiæ autho-  
ritate deductum non animaduerteris, &  
sic nec ipsam Apostolicam Ecclesiam au-  
diant docentem. Id quod clarissimè docet  
D. Iohannes Apostolus 1. Ioan. 4. 6. *Nos,*  
inquit, *ex Deo sumus: Qui nouit Deum, au-*  
*dit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis,*  
*& spiritum erroris.* Causas verò quas ij, qui  
à falsis prophetis in errorem pellecti sunt,  
prætendunt, easdem planè esse arbitror,  
quas olim tempore D. Augustini Dona-  
tistæ, antequam Imperatorum legibus ab  
erroriibus abstraherentur, & ad Ecclesiæ  
gremium reuocarentur, prætendebant.  
De quibus D. Augustinus tom. 2. epist. 48.  
ad Vincentium propè medium.

Primò licet manifestè veritate ipsa no-  
strorum dogmatum conuicti essent, tamē *1. causa,*  
timore offensionis suorum amicorum cō- *amor a-*  
uersionem differebant, non attendentes *micorum*  
ad id Matth. 10. 37. *Qui amat patrem aut*  
*matrem plus quam me, non est me dignus,*  
*& qui amat filium aut filiam super me, non*  
*est me dignus.*

Secundò propter obduratæ consuetu-  
dinis vinculum, quo hæreticis iungeban- *2. obdu-*  
tur, iuxta id Proverb. 29. 19. *Seruus verbis rata con-*  
*non potest erudiri: quia quod dicas intelligit suetudo.*

*Cause  
quinque  
quas ij quia  
in errore  
versatur  
& manet  
ptendunt.*

& respondere contemnit: aut id Ier. 13. 23.  
Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut  
pardus varietates suas: & vos poteritis benefa-  
cere, cum didiceritis malum.

*3. Causa, socordia.* Tertiò torpor & socordia, quæ fasti-  
dium affert in indaganda veritate, cùm  
in rebus temporalibus atque huius sèculi  
multò sint diligentiores. Si enim, vt est  
Sapient. cap. 13. 9. tantum potuerunt scire ut  
possint estimare hoc sèculum: quomodo huius  
dominum non facilius innenerunt?

*4. mēda- cia aduer- sariorū* Quartò multis aditū & redditum ad Ec-  
clesiam obserabant rumores maledicorū,  
& excogitata in veram Ecclesiā mendacia  
(quæ animaduertunt maximè ij, qui post  
liminio ad partes nostras concesserunt)  
ignorantes dictum Christi Matth. 5. 11.  
*Beati cum maledixerint vobis homines, & per-*  
*secuti vos fuerint, & dixerint omne malum ad-*  
*uersum vos mentientes: proprie me: gaudete*  
*& exultate, quoniam merces vestra copiosa est*  
*in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui*  
*fuerunt ante vos. Et id psal. 54. Maledicent*  
*illi, & tu benedices: & non dabis in æternum*  
*fluctuationem iusto.*

*5. contra Adiapho- ristæ* Quintò, quod multi nihil interesse cre-  
debant, vt iam Adiaphoristæ, in qua quis-  
que parte Christianus esset, an in parte Ec-  
clesiæ,

eleſiæ, an in parte Donati, ideo perma-  
nebant in parte Donati, maximè quia  
ibi nati erant, ignorantes illud Eliæ pro-  
phetæ ad omnem populum 3. Regum ca-  
pit 18. ver. 21. *V*squequo claudicatis in duas  
partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum:  
si autem Baal, sequimini illum. Sed si pro-  
pterea vos nos oditis, quia hæc scribendo  
& dicendo errore aliquo duci & perire  
non permittimus, respondeo cum D. Au-  
gustino tom 2. epistola 166. contra Dona-  
tistas, id Deo dicite, minantem malis pa-  
storibus & dicentem Ezech. 34. Quod  
errauerat non reuocastis, & quod  
perierat non requisiui-  
stis, &c.



## CAPVT X.

DE PSEVDOPROPHE-  
tarum fallacia in docendo &  
vaticinando & fraude  
in agendo.

**H**Ic occurrit primò illorum fallacia in docendo & vaticinando. Falsi enim prophetæ inter eos sunt, qui Eccles. 1. 40. accesserunt malignè ad Dominum, & cor eorum plenum est fallacia. Hi sunt vt Elymas magus, ad quem D Paulus Actor. 13. 10. ait O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iustitiae, non definis subuertere vias Domini rectas : & nunc ecce manus Domini super te, & eris cacus, non vi- dens solem usq; ad tempus. Sic fallunt popu- lum cum falso diuinant, vt ostendimus ex parte capite primo, & hic licebit quædam

*Michae-  
lis Stifely* in similem rem adiungere huius rei certis-  
sima exempla, quibus eorum fallaciam a-  
vaticinii gnoscas. Anno à Christo nato 1533. Lu-  
de die in- therani in nonnullis oppidis, maximè Vvit-  
dicy futu tenbergæ omnem nquarunt operam, vt  
ro anno propheticæ gratiæ opinionem aliquam si-  
1533. bi conciliarent, & vt maiores viderentur

Apostolis

Apostolis & angelis cælestibus , qui nec diem nec horam nouissimam cognitam habent teste Christo Matth.24. Marc. 13. multa in vulgus sparserunt, non solùm de iam iamq; impendente extremo iudicio, sed etiam de certa eius die, 3. scilicet Octobris futura, non tantū ad populum, sed nobiles etiam viros. Res demum eō deducta, ut neque agricolæ fulcos aratris inducere, aut quicquam seminare , neque ciues quicquam ædificare voluerint. Nōnulli etiam nobiles, tanquam iam constituto certo & supremo mundi die animam acturi, sanctissimo Eucharistiæ sacramento sese munierunt: sed res in risum abiit. Idem multis Anabaptistis vsu venit. Author huius Tragœdiæ fuit Michael Stifelius. Hanc eandem historiam Hanardus Gamerius Ecloga nona lerido carmine refert, quam in gratiam lectoris h̄ic subiicere visum est. Depingit enim totum hoc vaticinium in particulari, cum protestatione pseudoprophetiæ à Luthero facta.

Ehen, Fauste (precor) nunc q̄ me perdidit audi  
Est in Saxonia, quæ me nutrit alumnum  
Patria, de lignis Holtz dorffia dicta, vocatur.  
Hac cum susciperet falsis de variis unum  
Se simul & miseris nos perdidit ipsa colonos

I 5 Fundi-

In Holz  
dorff con-  
tigit.

16 DE FALSIS PROPHETIS,

Funditus : & populum misere velut ense per-  
emit.

Michael  
Stifelius.

Namq; Michaelē quendam p vate recepit  
Nomine Stifelium, solum comitemq; Lutheri  
Cūm coleret monachos, & cūm turbaret eosdē.  
Is se sacra putans mysteria scire Deorum  
Quadrati numeri secum ratione putata  
Dixit in hoc ipso, quē nos memorauius anno  
Quod foret Octobris decimā lux circiter hora  
Tertia supremi peritur terminus cui

Agricole  
quomodo  
deceptri,  
Lutherus  
simul &  
Melan-  
thon.

Credita sub tanto res tanquā vera Magistro.  
Agricolas ruri, sed & intra mœniacines  
Luminibus claris obducta nube fefellit.  
Quem non deciperet, credebat id esse Lutheru  
Vaticinaturo subscribebatq; Melanthion,  
Hi qui Misniacam subigebant vomere terrā,  
Et qui Saxonici cultores ruris eramus,  
Incultos agros, incultaq; recta domorunt  
Et patiebamur sine frugibus arua perire:  
Hoc satis esse ratiſtantum venter haberet,  
Quantum sufficeret dictas ad temporis horas.  
Nos igitur socij, summis pro viribus omnes  
Pergracabamur sic, ut nihil esset in aere,  
Nil itidem pecoris, cūm tempora dicta ve-  
nirent.

Cum tamen ille dies Octobris tertius esset,  
Conueniunt omnes, quorum stultissimus ipse  
Consistit medius, faustumq; precatur, & orat:  
Agricola

Agricolis etiam frustrà metuentibus inquit      *Adeſſe*  
 Stifelius clamans: surgendi tempus adeſſe,      *diem clas-*  
 Supremumq; diem noſtra veniſſe ſalutis;      *mat.*  
 Nam quo quisq; modo veſtitus ſtaret ibidem,      *Mit ſtif-*  
 Hoc debere ſtatiſt calo ſuper aether a ferri.      *len vnd*  
 At cum iudicij iam dudum tempus adeſſet:      *ſporen.*  
 Ut dubitans ſecum praefagia falſa putaret,  
 Fortuitò quidam veniens ab origine ventus,  
 Eludit ſubito mendacem turbine vatēm;  
Qui ſimul ac perit, nos pene perinimus vñā,  
Quod non adfuerit index cum turbine Chri-  
ſtus.  
 Nam propter pecudes, propter bona perdiſ  
     mæſtis  
 Grat a dies nobis toties promiſſa fuifſet.  
 Ergo Stifelium manibus poſt terga reuinctis Stifeliiſſes  
 Atq; manus pedibus per mutua vincula nexionis capitur.  
 In currupſitum, nunc huc raptamus, & illuc  
 Donec ad eximiam feffi deuenimus urbem,  
 Candida quæ niuei ſortitur nomina montis.  
 Hic nos iudicio damnandum ſiſtimus aquo,      *Siſtimus*  
 Parua petiuri magno ſolatia damno,      *iudicio.*  
 Sed fruſtrà petimus, fruſtrà culpamus iniquū  
 Fruſtrà carceribus clauſum detrudimus hōſtē  
 Quo duce communis ſortis fortune perifſet,  
 Nam (quia de corio fuit ipſe Lutherus eodem Lutherus  
 E quo Stifelio factum dedit ocrea nomen.)      *Stifelij*  
 Demonib⁹ noſtriſ, & certa morte redemptū, defenſor.  
     *Exceſo*

*Excellens magica turpissimus arte Lutherus  
Stifelium nota p̄fectum reddidit edi.  
Nos vero miseros, miseros nos ille reliquit  
Eluos misere, quorum pars tābe periuit,  
Pars sua crudeli confodit pectora ferro,  
Pars quorū numerum fugiēs mæstissimus auxi  
Diversas adut patriis à sedibus oras.  
O utinam vero continget infimus ordo,  
In quo seruitij mihi pondera ferre liceret.*

*Iohannes  
Campa-  
nus fallit  
similiter  
rusticos.*

Haud dissimile est quod Guilhelmus Lindanus lib. I. cap. 9. de fugiendis idolis in medium adfert de quodam Iohanne Campano concionatore hæretico, qui in ducatu Cliuensi similia tentauit, scribit enim ita, Persuaserat Iohannes Campanus miseris rusticis non longè à fluvio Rura degentibus, quod vel hodie res ipsa loquitur, & testantur vicini, ne amplius austerioris sese frangerent agriculturæ laboribus: non sese frustrà duris vexarent, diutius fatigarent, enecarent fodiendi, arandi, metendi sudoribus, instare diem iudicii: breui omnia inundationibus aquarum delenda; indulgerent genio igitur, molliter sese tractarent, suauius viuerent, quæ misella supererant vitæ rusticæ, omnia prope diem certo certius peritura. Illi stolidi stolido ac deliro prophetæ creduli suos ven-

vendunt agellos, qui illos emit, sensit non  
frustrà sese illum aluisse prophetam.

Sic Martialis in Cinnam ludit, qui co-  
gnita ab Astrologo morte sibi, ut persua-  
sus erat, imminente, amplissimum patri-  
monium vix annuo spacio dilapidat. Lu-  
sit ille in Cinnam hoc Epigramma.

*Dixerat Astrologus peritum te citò Cinna,*

*Nec puto mentitus, dixerat ille mihi:*

*At tu dum metuis ne quid post fata relinquas,*

*Hausisti patrias luxuriosus opes,*

*Bisq, tunum decies non toto tabuit anno*

*Dic mihi non hoc est, Cinna perire tuo.*

Sic & David Georgius Basiliensis  
quorundam pseudoapostolus, mutato no-  
mine quod prius habebat Iohannis Bruck,  
verum Dauidem à Deo & verum Christū  
promissum se prædicauit, prius maximis in  
Germania inferiori excitatis turbis: post-  
quam verò multis fallaciter imposuisset,  
anno 1556. octavo Calendas Septēbris ex-  
pirans, prædictus se post trienniū reuicturū,  
& præstiturū ea, quæ discipulis amplissima  
promisisset. At præuenit eum vigilantia  
Senatus Basiliensis: anno enim 1559. pri-  
die Idus Maij corpus illius ex æde D. Leo-  
nardo sacra, qui huiusmodi in sua Ecclesia  
pestes minimè perferre potuit, erutum car-  
nifici,

*Cinna ir-  
ridesur q  
patrimo-  
num ab-  
sumpe-  
rat s̄e  
mortis.*

*Dauidis  
Georgij  
impostu-  
rae.*

## XII. DE FALSIS PROPHETIS

nifici, ut & scripta eius, commendatū fuit: qui illud in altum erectum, populo prius spectandum frequentissimo, ne fallerentur in persona hominis improbi, proposuit, ac tandem ne intra paucos adhuc menses, qui eius vaticinio implendo restabant, resurgeret, flammis adhibitis prohibuit, cum summa & sempiterna discipulorum & generis ipsius ignominia. Est & hoc nō ratiū dignum, Dauidem Georgium nomen suum, vt melius traduceret, mutasse: hoc *Hereticis* enim familiarissimum fuisse his lupis, vi *familia* alio nomine se tegerent, testatur antiquitas, & nostri temporis heretici. In antiquitate id notauit Ambrosius in Auxentio, qui nomen sibi sumpsit Mercurii, de quo D. Ambrosius tom. 3. epist. 5. oratione in Auxentium de non tradendis Basilicis. Auxentius, inquit, ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi vocabulum; vt quia hic fuerat Auxentius Episcopus Arrianus, ad decipiendam plebem, quam ille tenuerat, vocauit se Mercurium. Mutauit ergo vocabulum, sed perfidiam nō mutauit: exuit lupum, & induit lupum. Hæc D. Ambrosius. Nostris temporibus Caluinus se Alcuinum appellauit. Sub nomine enim Alcuini, quem Caroli Magni præceptorem fuisse

suisse historiæ tradunt sic scribit. Institu-  
tio Christianæ religionis, nunc verò de-  
nuò suo titulo respondens, auctore Alcui-  
no Argétorati apud VVendelinum Rihe-  
lium mense August. anno M. D. XXXIX.  
Eum verò Alcuinum Caroli Magni præ-  
ceptorem intelligi velle constat, eò quòd  
mentitur præfationis suæ titulum, quasi  
ab Alcuino scriptum, cùm ita scribit. Po-  
tentissimo Illustrissimoque Monarchæ,  
magno Francorum Regi, Principi ac Do-  
mino suo Alcuinus. Sic Martinus Bucerus  
Aretii Felini nomen sibi sumpfit: commé-  
taria enim ipsius in psalmos ita inscribun-  
tur, Psalmorum libri quoq; ad Hebraicam  
veritatem versi, & familiari explanatione  
elucidati per Aretium Felinum Theolo-  
gum. Et mox subiungit, cui quasi dedicet.  
Clarissimo ac pientissimo Principi Fran-  
cisco Valesio Christianissimo Galliarum  
regi primogenito, & Delphino Aretius Fe-  
linus salutem precatur. Lugduni III. Idus  
Iulias, anno XXIX. Quod idē fecerunt cō-  
plures alij. Meritò ergo fallacia illa ingenia  
cane & angue peius detestāda. Sex enim sunt,  
vt est Pro. 6.16. que odit Dominus, & septimū  
detestatur anima eius, oculos sublimes, linguæ  
mēdace, manus effundētes innoxium sanguinem;

cor

cor machinans cogitationes pessimas, pedes velocias ad effundendum sanguinem, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminal inter fratres discordiam. Singula his propheticis in summo gradu respondent. Ratio vero huius est ea, quam idem Sapiens tradit libro eodem cap. 26. 28. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinias. De his ad extremum in lamentationibus conqueritur Ieremias Thr. 2. 14. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nos apiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiā pronocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & ejectiones. Plura de hac vide c. 1. & 5. superiori. De fraude verò in agendo nō est vt dicamus: potissima enim eorum fraus est, vt vel sacra Patrum Concilia impedian, vel in illis apertissimis mendaciis agant. Hæc Concilia olim ab hereticis impedita fuisse tempore D. Augustini, fatetur ipse in tomo secundo epistola 152. his verbis: Ecce Episcopi partis vestræ, quos omnes elegerunt, vt pro omnibus loquerentur, conati sunt quantum potuerunt, vt omnino ipsa causa non ageatur, propter quam tantus numerus Episcoporum vtriusq; partis de vniuersa Africa, & de tam longinquis locis Carthaginem

Fraus  
pseudo p.  
phetarū  
ut impe-  
diant Cō-  
cilia.

hem venerat. Et cùm omnis anima suspenſa expectaret, in tanta collatione quid ageretur, illi vehementer instabant ut nihil ageretur. Quare hoc? niſi quia causam suam malam ſcibant & facillimè ſe poſſe conuinci, ſi ageretur, dubitare non poterant? Ipſe ergo animus eorum, quo timebant ne cauſa ageretur, iam vi-  
ctos eos eſſe monſtrabat. Si enim extor-  
querent quod volebant, ut iam collatio ipſa non fieret, nec diſputationibus no-  
ſtris veritas appāreret, redeuntes à Car-  
thaginē, quid vobis erant responsuri, quid  
demonstratur? Credo prolaturi erant  
geſta, & dicturi vobis. Nos inſtabamus ut  
cauſa ageretur. Illi inſtabant ut non age-  
retur. Vos expectatis videre quid egeri-  
mus. Ecce legite vbi eos vicimus: ut nihil  
ageremus: Forte & vos responderetis, ſi  
cor haberetis: nihil ergo acturi, ut quid  
iftis? vel potius qui nihil egiftis, ut quid  
rediftis? Denique poſte aquam non po-  
tuerunt efficere quod conati ſunt, id eſt, ut  
cauſa non ageretur, ipſa actio demonſtra-  
uit quid timuerint, quando in omnibus vi-  
eti ſunt. Apertissimis eos mendacijs egiffisſe in cōcilijs  
docuit paulo ante in eadem epift. his ver- medacijs  
bis, Cum in auribus noſtris fama crebesce- agant:

K ret,

114 *DE FALSIS PROPHETIS,*

ret, hoc vobis vestros Episcopos dicere, cognitorem præmio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur. Vos autem ista facile credere, ac propterea multis vestrum adhuc nolle acquiescere veritati placuit nobis cogente Dominicha-ritate ex concilio nostro hæc ad vos scrippta dirigere: quibus primitus admoheremini, illos vobis victos atq; conuictos hæc mendacia iactare: qui etiam in suo mandato, quod pro illa collatione fecerunt, & suis hominibus atque subscriptionibus firmauerunt: nos illic tradidores, & persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti, atq; conuicti sunt: ita ut volentes gloriari de multitudine Coepiscoporum suorum inter aliorum absentium nomina etiam mortui nomen inferrent: & cum quereretur ubi esset, subita perturbatione cæcati, ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginem subsistere, qui in itinere tum defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio se obligauerunt, respondentes eum Carthagine redeuntem fuisse defunctum.

De

De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis, vel de antiqua traditione, vel de cognitoris corruptione, qui mandatum suum vbi nobis obiecerunt crimen traditionis, non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Et infrà. Quoscunque ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quicquid autem nos & pro Ecclesiæ causa, & pro Cæciliiani causa diximus, & verbis suis & lectionibus à se prolatis etiam ipsi confirmauerunt. Nam protulerunt primò codicem Optati, vnde quasi probarent Cæcilianum ab Imperatore damnatum. Qui codex cum contra illos legeretur, & magis ostenderet Cæcilianum fuisse purgatum: ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud acta risos se esse testati sunt. Iterum recitauerunt & protulerunt libellum Imperatori Constantino à suis maioribus datum, vbi questi sunt, quod eos memoratus Imperator grauiter persequeretur, ac si eodem libello manifestarunt, se apud Imperatorem à Cæcilio fuisse superatos, falsumque esse, quod dixerant eum ab Imperatore damnatum.

K 2

Simile

*Augusta* Simile fuit in nostri temporis homini-  
*næ confes* bus Luthero & Philippo, quos Augustana-  
*sionis au-* confessionis auctores fuisse nulli dubium est.  
*etores pro* qui saepius ad sacrosanctum generale Con-  
*uocat ad* cilium prouocant, in ipsa præfatione Au-  
*Cœciliūm* gustanę Confessionis (neget qui audet) vbi  
*generale.* & petunt ut S. Cæsarea Maiestas agat cum  
 Romano summo Pontifice ut Concilium  
 Generale indicat, ad quod prouocant for-  
 ma ut meliori. Persuasus Pontifex indicit  
 Concilium generale Tridentinum, con-  
 uocat ex omni Europa, quos potest sancta  
 memoriæ Paulus III. continuat Julius III.  
 & Paulus IV. Sed nec Lutherus nec Philip-  
 pus Melanthon comparet, aut quisquam  
 aliis ex illorum secta. Interim congre-  
 gantur tot legati summorum Pontificum,  
 Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, E-  
 piscopi, Abbates, Generales ordinum, Sa-  
 crarum legum, & SS. Theologiæ Docto-  
 res, & ad horum defensionem & auctori-  
 tatem, Ducum & Principum oratores, vo-  
*Salu<sup>o</sup> cō-* cantur & protestantes.

*ductus da* Ut autem tutò adesse possint, datur  
*tus tri-* primò solis Protestantibus insignis saluus  
*plex à cō* conductus, quem vide in Sacrosancti Con-  
*cilio Tri-* cilij Tridentini sessione XIII. sed nullus  
*dentin.* illorum comparuit. Repetitur grauior  
 saluus


faluus conductus sessione XV. desident domi Lutherus, domi Melanthon, datur tertius sessione XVIII. toti Germanicæ nationi, apparet nullus, fertur tamen, cum hic saluus conductus Luthero insinuatus est, eum ostendisse suæ Dalilæ Catharinæ imaginem in tabella depictam, & promisisse illam missurum ad tam sacrum & sacrosanctum Concilium. Anne fraus est, sic abductæ plebeculæ tales fucos vendere, & inani spe lactata plebe ad Concilium tam Sanctum sese vltrò, & in comitijs sacri Romani Imperij tabulis publicis offerre? Sed & alijs nationibus saluum conductum oblatum in eadem sessione XVIII. ex eius exemplari satis surperq; constabit legere volenti.

\* \*



K 3

CAPVT



## CAPVT XI.

FALSOS PROPHETAS  
fidei desertores & fœdi-  
fragos esse.

1. *Sunt fidei desertores.* **P**rimū hīc est falsos prophetas fidei desertores futuros & esse. Id primò testatur D. Paulus i. Timoth. 4. 1. *Spiritus, inquit, manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteritam habentium suam conscientiam.* Hi sunt qui sequuntur profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quā quidam i. Tim. 6. 21. promittentes, circa fidem exciderunt. Ex quibus erant Hymenæus & Philetus de quibus 2. Tim. 2. 16. *Profana autem & inaniloquia denita, multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit, ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam esse factam, & subuerterunt quorundam fidem.* Sicut & alibi scribit, eos circa fidem naufragium passos, id que

*Naufragiū fidei*

que ob conscientiæ prauitatem, inter quos iterum ponit Hymenæum. *Milites, inquit, 1. Tim. 1. 18. in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quostradii Satanae, ut discant non blasphemare.*

Fides siquidem Ecclesiæ, vt docet D. Chrysostomus hom. 5. in primam epistolam D. Pauli ad Timotheum, velut nauis tutissima est. Qui verò ex illa deciderint, necesse est naufragium facere. Qui naufragium facit, inquit, nudus omnibusq; destitutus euadit, ita & qui ex fide exciderit, nihil iam habet vbi figatur, quo seipsum recipiat. Quippe capite perduto atq; corrupto, quænam corporis utilitas est? Si enim fides absq; operibus mortua est, multò magis absq; fide nihil proderunt opera. Hæc ille.

Nusquam verò habent, quo se in hoc naufragio recipient. Apud nos non, cùm sint conati turbare ordinē, nec apud se hūc inueniunt, nisi in cathedra pestilentia & apud exterorū nō admittuntur. Primū verisimum est ex sententia D. Augustini tom. 4. ex quæstionibus noui & veteris testamenti 9. 10. vbi sic scribit. Eorum qui extra

*Apud Ecclesiam vel contra Ecclesiam sedes sibi falsos pro constituerunt, cathedralm pestilentiae dici-  
phetas causas: qui enim inconcessa presumit, reus  
therape est: quanto magis & si corrumpat traditio-  
stilentiae. nem eius, cuius sedem usurpat. Nam & or-  
dinem ab apostolo Petro cœptum, & usq;  
ad hoc tempus perdurantem tot Episco-  
porum, seruatumq; perturbant, ordinem  
sibi sine origine vendicantes, hoc est, cor-  
pus sine capite profitentes. Vnde congruit  
etiam illorum sedem cathedralm pestilen-  
tiæ nuncupare. Hæc ille.*

*Apud ex Quod verò apud exterros quærant, ca-  
teros quæ put aliquod, id satis patet ex eo, quod ad  
runt causam Ieremiam Constantinopolitanum Patri-  
put, ut archam sua dogmata miserint, ab illoq; in  
pud Pa communionē recipi postulauerint, quod  
triarchā que illorum doctrina ab illo sit repudiata.  
Constan- Quam historiam persequitur doctissimus  
tinopoli- ille Dominus Stanislaus Socolouius in epi-  
tanum. stola nuncupatoria ad Gregorium XIII.  
Pontificem Maximum in censuram Orié-  
talem, de præcipuis nostri sæculi hæresi-  
bus, quam propter inopiam librorum, qui  
ex Polonia huc afferuntur, libet adiunge-  
re, & tum subiungere, quid mihi meti si  
dictus Patriarcha Constantinopolitanus  
ea de re oretenus retulerit. Socolouij ver-  
ba sunt*

ibi sunt hæc, Iure ac instituto belli sanctum est Gregori 13. Pontifex Max. vt qui transfugam in aliena castra transeunte in deprehenderit: illum Imperatori, aut cuiuspiam alteri ex ducibus militiaæ fistat atque præsentet. Non dissimile quid hoc tali tempore in spirituali hac nostra militia comprehensum, ad Sacrosanctum S. V. tribunal, eodem iure, pro officio meo affero. Cùm enim ante hoc biennium, vñā cum Serenissimo rege meo Principe integrissimo, ac religionis catholicæ studiosissimo, principio regni illius has oras Sarmatiæ nostræ peragro, atq; perlustro, Leopolim, Metropolim Russiæ, Emporium apud nos in primis nobile veni. Habet hoc ea vrbs ante alias singulare, vt cū reliquarum planè omnium religionum ritus & ceremonias ex antiquo admiserit, ab huius tamen sæculi hæresibus peculiari quodam Dei numine penitus sit libera, illisq; summo studio ac diligentia mirè obfistat. Incidi tum fortè ibi in quendam Archimandritam Græcum hominem nō indoctum, nec illiberalē, cum quo, vbi multa de multis, vt fit s̄epe familiariter contulisse, deuenimus tandem in sermonem de his hæresibus, ac magistris earum, quæ hoc no-

K 5

ftro

stro infelici seculo orbem exercent Christianum. At cum vtrinq; eam temporum nostrorum calamitatem hominumq; te-  
meritatem abundè, ita vti par fuit, deplo-  
rassemus: intulit ille, ad Patriarcham item  
suum istos ex Germania, non ita multò  
ante scripsisse, illiq; summa fidei & confes-  
sionis suæ capita obtulisse, ac vt in com-  
munionem eius Ecclesiarum reciperen-  
tur, studiosè petijisse: quos tamen ille, tan-  
tum abest vt recipiendos duxerit, vt etiam  
scripto quodam suo illa ipsa, quæ tum illi  
proposuerunt, capita confutarit. Agnoui  
hoc idem planè quondam Pelagianos tem-  
poribus D. Augustini fecisse, eodemque  
modo ab Occidentali Ecclesia ad Orien-  
talem nequicquam confugisse.

*Pelagia-  
nos ea in  
re imitan-  
tur hære-  
tici.*

Obijcit eam rem his verbis Juliano Pe-  
lagiano D. Augustinus; Non est, inquit,  
quòd prouoces ad Orientales Antistites,  
quia & ipsi vtique Christiani sunt, &  
vtriusque partis terrarum fides ista v-  
na est, quia & fides ista Christiana est, &  
te certè Occidentalis terra genuerat, Oc-  
cidentalis regenerauit Ecclesia. Quid ei  
quæris inferre, quod in ea non inuenisti?  
imo quid quæris auferre, quod in ea tu  
quoque accepisti? Puto iam tibi partem  
orbis

orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorū Dominus voluit glorioſiſſimo martyrio coronari Cui Ecclesiæ præſidentem beatum Innocentium ſi audire voluiffes, iam nunc periculofam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis excuſiſſes.

Quid enim potuit vir ita sanctus Africanis respondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apostolica fides & Romana cum cæteris tenet perfeueranter Eccleſia? Hæc & alia his similia D. Augustinus. Pergit Socolouius. Lætabar iam, tum me nouas iſtorum artes, nouum nocendi ſtudium deprehendiffe. Et quoniam eodem ipſo tempore homo ille Græcus Bizantium repeṭebat, petii, vt exemplum scripti illius Patriarchæ ſui ad nos mitteret.

Quod ille libenter & promptè ſe facturum obtulit: vt & poſtea amici functus officio fecit, quod vbi primùm græcè legi, dici non potest, quantam ex eius lectione voluptatem cepi, ſtatiq; ope ram dedi, vt illud quām diligentissimè in lingua latīnā pro noſtra tenuitate tranſlatum, publicè noſtris hominibus legendum proponerem, idq; plurimas, easq; iuſtissimas obcauſas. Primūm vt iſtos homi nes, nihil non contra matrē ſuā molientes, nullam-

nullamque partem nocendi relinquentes, panderem, eorumq; artes clandestinae consilia in lucem proferrem ac detegrem. Deinde ut quantum eos ipsos huius suæ nouitatis pudeat atque tædeat: quod cum nulla Apostolica, veterique sede coniuncti sint: quod successionem nullam demonstrare possint: quod Acephali, hoc est, membra sine capite inutilia sint: vel ex hoc ipsorum facto demonstrem.

Demum ut quām sit vtriusq; Ecclesiæ Occidentalis, inquam, & Orientalis de his rebus, quas isti ex sede sua commouerunt incredibilis consensus, summa concordia, ut non eadem tantum dicamus omnes, sed eisdem pene verbis etiam, omnibus clarū fiat. Quo amplius conuitiari desinant hæc Latina esse, ab hoc vel illo Romano Pontifice profecta, cùm hæc eadem ab his, qui Romanis vniuersisq; latinis insito quodā odio infensissimi sunt, non minore studio atque contentione colantur atque defendantur, simulq; perficiant, se non solum à Romano Pontifice, sed ab ipso terrarum orbe, omnibusq; Ecclesijs defecisse: in eoq; mentis suæ errorem recognoscant: quod illud se sub his frigidis septentrionalibus videre, profiteri non erubescant,  
quod

quod vniuersus Occidens & Oriens longè antiquius, & benignius ab illo diuino & cœlesti sole Christo Iesu collustratus, hactenus non viderit. Demum ne amplius in suis confirmandis, incautaq; plebecula decipienda Orientalis Ecclesiæ authoritate & testimonijs (quod quidem hactenus fecerunt) abutantur, cuius contra se tam insignia referant testimonia.

Postremò ut cognoscant, nusquam sibi in orbe Christiano, nusquam in Ecclesia Catholica locum re lictum esse: nusquam cum ipsis moribus & sententijs consistere posse. Et quemadmodum ipsi impiè gremium eius matris, quæ eos genuit, lacte q; suo aluit, spreuerunt, ab eoq; longè aberrarunt: ita illos vicissim, tanquam proteruos, parentibusq; inobedientes filios, vbique sperni ac repudiari. Ut illud Isaiæ in eis abundè impletum esse videatur,  
*Vae qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum fatigatus desieris contemnere, tum ipse contemneris.* A castris, in quæ configiunt, arcentur: ab illis, quos patronos parabant, accusantur: eorum, quos ipsi iudices communis causæ constituerunt, sententijs condemnantur: ita vt vel hoc solùm tam clarum & illustre Orientalis Ecclesiæ testimonium

monium, & eos, & alios omnes: si modo secum consentire velint, si veritatem ipsam ex animo querant, & non ipsa pertinacia opinioneq; ingenij, ac studio nocendi vincantur, ab errore quidem reuocare, ad rectam autem & Catholicam fidem reducere meritò debeat. Nam cùm neq; illi neque nos, vt quidem isti dicunt, communis causæ propter priuatum cuiusq; in re sua studium, æqui iudices esse possimus: detur sanè rectè hoc ab illis factū esse, quòd ad eos iudices prouocarunt, qui neque cum hac, neque cùm illa parte coniunguntur. Quòd autem eorum iudicijs & sententijs acquiescere nolunt, quos ipsi iudices delegerunt, in hac quidem certò parte, iam nō cum alijs, sed secum ipsi pugnant, suumq; contumacem, & incurabilem morbum aperiunt, nec tam se in hac causa iudices, quām assentatores, quæsiuisse satis abundè docent. His inquā ex causis, hanc ipsam Orientalis Ecclesiæ de eorum confessione censuram, quam isti nō sine causa suppresserunt, ipse magna ratione in lucem proferre volui. A me si testimonium huius

*Autor* rei petis, verus testis esse potero. Cùm anno 1589. aliquando in Regia Academia patriar- Vilnensi quod potissimum est Magni du-  
catus

Catus Lituaniæ Emporium, professorem *charere-*  
agerem, resq; fidei controuersas disputarē, *mia de-*  
*vocatus inde in Austriam, intellecti Patri- hac re p-*  
*archam Constantinopolitanum ex Mos- locutus.*  
couia, quæ illi paret in spiritualibus, Vil-  
nam rediisse, vbi magnificè à Ruthenis ex-  
ceptus fuit, tendere iterum Constantino-  
polim, penultima Iulij eum inuisi, eo solo  
nomine, vt de huius historiæ, antequam  
ad meos charissimos Germanos reuerte-  
rer, veritate certò cognoscerem. Admis-  
sus ad colloquium, ingressus aulam aulæis  
& tapetijs egregiè instructam, in qua mihi  
occurrebat, vidi præter eum neminem, ius-  
sus illi assidere in mensa oblōga, in qua so-  
lus iacebat Nicetas Græcolatinus, mox vi-  
di adesse circumsedentes pene duodecim  
Episcopos Græcos, ex quibus nullus erat  
qui callebat linguam latinā, paruulus qui-  
dam cæteris doctior ante ingressum quæ-  
dam latino idiomate balbutiebat. Agen-  
dum ergo erat græco sermone, præmissis  
præmittendis, quæsiui num is esset Patriar-  
cha Constantinopolitanus, Respondit es-  
se: quæsiui ab eodem Patriarcha, num ille  
Teremias nomine, qui respondisset Augu-  
stanæ Confessionis socijs, se nescire inquit  
quid sit Augustana Confessio.

Inter

Interrogatus græcè, num esset qui respondisset Martino Crusio & suis, qui Ecclesiæ volebant Orientali vniri, respondit se esse illum, tandem totam seriem, irridens illos, retexuit. Summa erat, quod primum quidem petiuissent cum sua Ecclesia vnionem. Secundò se conuocasse plurimos Episcopos, quorum audita sententia respondisset, se nullius communionē contemnere, si tamen vniri velint, ut primo quoque tempore articulos suæ fidei transmittant. Tertiò, hos transmisisse, transmissum verò ab ipso Patriarcha, & cœtu quodam Episcoporum ad trutinam Sanctorum Patrum Orientalium Basiliij, Gregorij Nazianzeni, Nisseni, Chrysostomi, cæterorumq; Patrum examinatum fuisse, sese nihil aliud animaduertisse, quām omnia esse ipsorum Ecclesiæ planè contraria. Non posse ergo eos ad suæ Ecclesiæ communionem admittere. Hæc ego ex ore illius habeo, præterquam quòd ad 2. fere horas cum eo de castitate sacerdotum, sacris imaginibus, purgatorio, & similibus egerim. Insuper addidit, se penes se non habere authographū exemplar ad se à Martino Crusio missum, sed id esse in archiuo Constantinopolitano, offerebat tamense id mi-

id mihi ad quascunque Germaniæ partes  
missurum si voluero, pro quo studio egi  
gratias, optans ut se nostræ Ecclesiæ vniret,  
sicut & Venetijs cum ipsorum Episcopo  
anno 1595. egi, sed vidi non esse volentis  
neque currētis, sed Dei miserentis. Et hæc  
de nostris Germanis Lutheranis. Alterum *Hugonot*  
est de Hugonottis olim Galliæ, qui soli-  
citauerunt supremum Bassam Turcicum *ti querunt auxiliū*  
pro auxilio, Bassa verò illos suo auxilio in-  
dignos iudicauit, & eorū legatū vt perfidū  
suo regi, eorū partes tueri. Id clarè constat  
ex epistola Aloisij Cuechij Constantino-  
poli data ad Magnificum Dominum Bar-  
tholomæum de Rodolphis Patricium Ve-  
netum, quæ habetur sub finem operis, cui  
titulus, *Illustris Ecclesiæ Catholicæ Tro-  
phæa*. Quod opus studio clarissimi V. D.  
Erasmi Vendij Monachij editum, & insigni  
epistola parænetica illustratum est, cuius  
verba sunt hæc. *Talis enim vir est Bassa,*  
*qui statim intelligat, an ex corde & verita-*  
*te agant homines: an mandata obseruent:*  
*& id illi solummodo dicant, quod à Do-*  
*minis suis iussi sunt.* Quod si quæ fucatè  
agere, aut aliud quippiam quærere intelle-  
xerit, quām quod ad Dominorum causam  
spectet, eum vt bestiam postea auersatus,

L              *indignū*

indignum iudicat, quem sub aspectum suum amplius admittat. Cuius præclarum hic vidimus exemplum in oratore Christianissimi Regis Francorum Monsieur Guillelmo de Gran Ry, siue de Gran Ciampo. Qui quam diu regis sui negotium fideliter egit, satis honorifico fuit apud supremum Bassam loco, & omnia tum illi communicata sunt, quæ cum oratore Imperatoris, de pacis confirmatione tractarentur. Quia etiam confirmationem in gratiam istius Ambassatoris Galli, qui eam vehementer impediebat, aliquam diu studiosè distulit. Verum ubi Bassa intellexisset Ambassatorem pacem istam cum Romano Imperatore, non propter regem Galliarum, sed multò magis propter eius hostes, subditos rebellum impugnare: suspectus ille ipsi cœpit, nec posthac in tanta eum habuit familiaritate: immo cum Ambassator ne cum desisteret Hugonottos suos Bassæ comedere, ut illi in pacis capitulationem recipientur, cum indignatione quaesiuit Bassa, qui nam essent isti Hugonotti, quam habebant religionem, & cuius subessent imperio, cum aliquam orbis gentem hoc nomine nemo cognouisset antea. Tunc Ambassator scriptum illi porrexit, quasi non publicè,

publicè, sed priuatim potius Bassam informare cuperet. Sed illud in multorum manus, Bassa ita iubente, & hominis Galli levitatem ridente peruenit. In quo scripto non negat Ambassator Hugonottos regis Galliarum subesse imperio, sed rebellare huic propter religionem talem, quæ sit Turcicæ proxima, nisi quod in ieuniis & eleemosynis Hugonotti nō ita sint certis obseruationibus adstricti, sed liberrimi per omnia & agere & credere quæ lubeant.

Subiunxit aliqua deinde argumenta ad persuadendum Bassæ, quod Hugonotti, si in Turcarum Imperatoris tutelam recipientur, vtilissimi essent futuri suæ maiestatis socij, propter multas causas. Quia non solum regem suum vexare possent, ne affinem suum regem Hispaniarum contra Turcas siue consilio, siue milite iuuaret: sed etiam per aliquot potentes in Alemania principes, qui Hugonottorum rebus manifestè fauerent & auxiliarentur, ipsum Romanorum Imperatorem impedire in omnibus suis confilijs, quæ contra Turcas susciperet. Imo si Hugonotti iam tumultus istos per Gallias non excitassent, actum fuisse cum Turcis de toto maris mediterranei imperio. Quoniam regina ma-

L 2 ter co-

ter cogitauerat iam regi Hispaniarum trare omnia loca munita, omnes portus, & ciuitates maritimae in Gallia, & ipsa vicissim filio suo in recompensam accipere Flandriam, qua facta permutatione Hispani mari dominarentur, Turcasque omnes reijcerent. Reges autem cum Papæ, Imperatoris Romani, & Principum Catholiconrum auxilijs, post deletos Hugonottos, & illorum confœderatos Lutheranos, arma conuersuros in Turcas omnino, non obstante etiam pacificatione ista noua quam Roman. Imperator saltem in Hugonotorum & Lutheranorum inuidiam iniret, ut eos hac ratione à Turcica societate excluderet. Sed & Turcarum Imperatori vtile futurum, si Hugonotti eius amici & confœderati haberentur, quod propter illos pacem istam, quæ iam esset confirmanda, quandocunq; vellet, turbare honestè posset: Sed & ipsi Hugonotti paratissimi essent futuri ad turbas & seditiones in Alemania procurandas, quando id Turcis cōmodum videretur.

*Bassatur*      Hæc & multa alia Ambassatoris puncto qua-cta Bassa planè ridet & contemnit, ipſi au-  
le respō- tem Ambassatori responsum dedit per in-  
sum dede terpretem, videre se quod bonus rex Gal-

lix

liæ non legatum, sed proditorem ad aulā rit *Hu-*  
Turcarum Imperatoris miserit. Hugo-*gonottis.*  
nottos autem longè inferiores esse, quām  
ut se se demittat ad illorum amicitiam su-  
premus orbis Princeps, nec fidem haberi  
debere istis, qui proprium etiam regem  
proderent, & impugnarent, Turcas solitos  
esse cum Imperatoribus, Regibus & ma-  
gnis Principibus agere, non cum perfidis  
seruis, & rebellibus subditis: detestari Tur-  
cicam fortitudinem ista proditoria consi-  
lia. Quod si verò vtile videatur Turcarum  
Imperatori Hugonottos sibi subiucere, nō  
defutura illi arma, si clara esse possit de vi-  
ctis proditoribus & rebellibus seruis vi-  
ctoria. Hæc palam iam dicuntur, & cir-  
cumferuntur per totam Constantinopo-  
lim cum magna superbia Turcarum, &  
contemptu Gallicæ leuitatis. Hæc ille.  
Vides in hac historia Christiane, Ortho-  
doxæ & Catholicæ religionis hostes non  
vereri Turcicam sollicitare barbariem, ac  
profiteri suam religionem Turcicæ perfi-  
diæ esse affinem.

Eiusdem impietatis olim fuisse Arria- *Arriani*  
nos, scribit D. Athanasius in vita D. An- *querunt*  
tonij, dum ait illis paganorum opificum *paganorū*  
præsidia aduersus CHRISTVM comparasse, *præsidia.*

L 3 com-

compulsosq; Christianos cum assumptione palmarum ( quod Idololatriæ apud Alexandria insigne erat ) ad Ecclesiam pergere. Sic patet hæreticos esse, vt semper malitia similes, sic etiam sacrilegio pares.

**2. Falsos**

Secundum in hoc capite est, quod si prophetas dei defectionem quasi immediatè sequi-  
esse fœdi- tur, falsos prophetas esse fœdificagos, hoc  
est, fœderis cum Deo & sacra religione ini-  
ti raptiores & desertores. *Hi quia non probau-  
uerunt, vt inquit D. Paulus Rom. cap. I. 28.  
sicut non probauerunt Deum habere in noti-  
tia: tradidit eos Deus in reprobum sensum:  
ut faciant ea quæ non conueniunt: repleti o-  
mni iniquitate, &c. sine affectione, absq; fœde-  
re, sine misericordia.* Hinc Oseas cap. 8. v. 1.  
*In gutture tuo sit tuba quasi aquila, super do-  
num Domini: pro eo quod transgressi sunt fa-  
dus meum, & legem meam prævaricati sunt.*

Quales prô dolor inueniuntur plurimi,  
vt olim tempore Sedechiæ regis, qui, vt est  
Ieremiæ 34. 8. percussit fœdus cum omni  
populo in Ierusalem, prædicans vt dimit-  
teret vnusquisque seruum & ancillam li-  
beram, neque dominarentur Iudæo &  
fratri suo, sed donarentur libertate, illis  
autem reuocatis dicit Dominus vers. 16.  
*Commaculastis nomen meum, & rediuxisti  
vnus-*

10.  
A-  
am  
per  
es.  
fi-  
qui-  
hoc  
ini-  
oba-  
28.  
oti-  
um:  
ti o-  
ede-  
v. I.  
do-  
fa-  
unt.  
imi,  
t est  
mni  
mit-  
n li-  
o &  
illis  
. 16.  
xist-  
vnus-

unusquisque seruum suum, & unusquisq<sub>3</sub> an-  
cillam suam, quos dimiseratis ut essent liberi  
& sua potestatis: & subiugasti eos ut sint vobis serui & ancillæ. Propterea hac dicit Dominus, vos non audistis me, ut predicaretis libertatem, unusquisq<sub>3</sub> fratri suo, & unusquisq<sub>3</sub> amico suo. Ecce ego predico vobis libertatem, art Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo vos in commotionem cunctis regnis terre. Et dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, Pœnæcc. rundem. Mos fœderis ineundi.

vitulum quem considerunt in duas partes (hic enim erat mos ineundi fœderis) & transferunt inter diuisiones eius, Principes Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terra, qui transferunt inter diuisiones vituli: Et dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum, & erit morticinum eorum in escam volatilibus cali & bestiis terra. Et Se-dechiam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. Bone Deus quam dira minatur ijs qui fœdus initum per trasitum inter diuisionem vituli ruperunt.

L 4

Quid

*de Luthe* Quid ergo de ijs statuet transfugis Mori trāſſu nachis, quorum potissimas partes tenuit gaſ trāſ Martinus Lutherus, qui fœdus perpe- fugis mo- tuæ Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ nachisq; cum Deo & Ecclesia initum sumptione statuēdū. corporis dominici, in facie Ecclesiæ con- firmatum sacrilegè violarunt? Irritam, inquit D. Paulus Hebr. 10. 28. quis faciens legem Moysi: sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei con- culcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gra- tiæ contumeliam fecerit? Sed improba con- sciētia eos adeo securos facit, ut hoc fœdere rupto dicant cum impijs Isa. 28. 15. Percus- simus fœdus cum morte, & cum inferno feci- mus pactum. Flagellum inundans cūm tran- sierit, non veniet super nos: quia posuimus mē- dacium spem nostram, & mendacio protec- sumus.

Sed mox pœna vers. 18. subiungitur. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: fla- gellum inundans cūm transierit, eritis ei in con- culationem. Quandocunq; pertransierit, tol- let vos: quoniam manè diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intel-

intelle<sup>c</sup>tum dabit auditui. Hanc itaque vexationem quasi continuam, vt quę in diluculo die ac nocte futura erit: vnico maledictionis verbo comprehendens idem I-saias cap. 24. 5. ait, *Terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges,* (nullas enim habent, nisi solius fidei, quam etiam violarunt, ita vt nullam habeant) *mutauerunt ius,* (Lutherus omne ius Canonicum Vittenbergæ combusso) *dissipauerrunt fædus sempiternum.* Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideoque *insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci.* Estne ita hoc tempore Christiane Lector? Ex his enim potissimum sunt pseudomonachi, de quibus D. Augustinus libro de opere Monachorum capite 28. *Tam multos hypocritas, ait, sub habitu Monachorum usquequaque dispersit, hostis monachi scilicet humani generis, circumeuntes prouincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes.* Alij membra martirum, si tamen membra, venditant: alijs fibras & phylacteria sua magnificant: alijs parentes vel consanguineos suos in illa vel in illa religione se audisse vinere, & ad eos pergere mentiuntur, & omnes petunt, & omnes exigunt, aut sumptus lucrosa egestatis, aut simulacra

L 5      pre-

Sanctum premium sanctitatis, cùm interea ubicunq;<sup>iz</sup>  
 Mona- factis suis malis deprahens<sup>i</sup> fuerint, vel quo-  
 chorū pro quo modo innotuerint sub generali nomine  
 positum, Monachorum vestrum propositum blasphemā  
 quo nullū tur, tam bonum, tam sanctum, quod in Chri-  
 est melius sti nomine cupimus, sicut per alias terras, sic  
 per totam Africam pullulare. Hactenus  
 beatus Augustinus, cuius etiam hīc senten-  
 tia illa planè aurea recitanda est, qua di-  
 Nihil p<sup>er</sup> cit: Simpliciter autem fateor charitati vesta-  
 ius malis coram Domino Deo nostro, qui testis es super  
 Mona- animam meam, ex quo Deo seruire coepi: quo  
 chis: qui modo difficile sum expertus meliores, quam  
 etiam ci- qui in Monasterijs profecerunt: ita non sum  
 tius in ha- expertus peiores, quam qui in Monasterijs recu-  
 res labū derunt: Ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scri-  
 tur & si- ptum, Iustus iustior fiat, & qui in fōrdibus, for-  
 unt Hēre descat adhuc. Quod exemplo in primis de-  
 farcha. monstrari potest in nonnullis Ægypti Mona-  
 chis, qui à recto disciplina tramite deuiantes  
 Meletianis Schismaticis adheserunt & Ar-  
 rianis: ac monstruosas quidem calumnias ad-  
 versus S. Athanasium suum ipsum Epis-  
 copum construxerunt, ex iisdem pariter pro-  
 diere complures heresiarchæ à quibus denomi-  
 nati heretici Euchite, Arriani, Eustatiani,  
 Massiliani, Anthropomorphita, Iouiniani:  
 Origenista, Eutychiani, Seueriani & alij quam  
 plurimi

plurimi usque ad præsens seculum, quo quidem nullum unquam fuit fœcundius desertoribus regularis & monasticæ disciplinæ, ijsdem iam hæresiarchis in diaboli conflatoria officina trans fusis, utpote ad tam deformia effingenda monstrata, idonea delecta materia, nempe ex argento purissimo scorea rejectanea. Adeo his hactenus, in qua diuertimus occasione Athanasii per agrantis Egyptum & Monachorum cœnobia inuisentis. Hucusq; D. Augustinus. Hæc ergo legant, considerent, discutiant & ad trutinam veritatis examinent, qui conscij sibi sunt rupti fœderis cum Deo & religione Catholica olim initi.



## CAPVT XII.

FALSOS PROPHETAS  
fures esse , & furore  
plenos.

*Furessunt  
falsi pro-  
phetæ.*

**F**VRTA eorum non nihil attigimus capite quinto, neq; ea h̄ic pr̄tereundarūt, ne eis cōmisceamur, vt ille de quo Dominus per Dauidē prophetam psal. 49.17. Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo : & cum adulteris portionem tuam ponebas. Principes tui, inquit per Isaiam capit. 1.23. infideles , socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributio-nes. Falsi enim prophetæ fures sunt & latrones teste Christo Ioā.10.8. Omnes, inquit, quotquot ante me venerunt , fures sunt & latrones , sed non audierunt eos oues. Ex his fuisse Theodam & Iudam Galilæum, cuius etiam meminit Gamaliel Act. 5. testatur D. Chrysostomus homil. 59. in Ioannem, Cyrillus lib. 7. c. 3. in Ioannē, Isodor. lib. 3. capi. 119. Fur, inquit Oseas cap. 7.1. ingressus est spolians, latrunculus foris. Intus scilicet spoliat, & tantò magis fugiendus, quantò magis dome-

domesticus est, ut spoliet & furetur. Grauius verò id est quod latrocinetur. Non enim venit Christi testimonio, nisi ut maestet & perdat. Quæ verò furtæ & spolia nō pepererunt noui falsiq; prophetæ? de quibus mox initio aduentus ipsorum conqueritur Dominus quod furentur verbum Dei, quod iactitant. Propterea, inquit Prophetæ Ieremiæ capit. 23. vers. 30. ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea unusquisq; à proximo suo. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus : qui assumunt linguis suas, & aiunt, dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus : qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis : cùm ego non misissem eos, nec mandassesem eis, qui nihil profuerunt populo huic; Mox pœnam subiungens vers. 39. Propterea, inquit, ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. A verbo Dei reuelue sacrorum nostrorum Bibliorum volumina, inuenies non modo versus aliquot per integra capita, sed & integratos libros sublatos, & eos quidem, qui corum

Quomo-  
do fureno-  
tur verbum  
Dei.

*Pseudo p* eorum perfidiam arguebant, prodebantq;  
*phetæ sibi* furtæ, diuulgabat latrocinia, vt ipsi sibi scri  
*scriptu-* pturas sacras subijciant, non ipsi scripturis  
*ras sacras* subdant.  
*subijciunt.*

Quod de hæreticis Manichæis conque-  
 ritur D. Augustin. tom. 6. contra Faustum  
 lib. 32. cap. 29. *Videris*, inquit, *id vos agere*,  
*ut omnis de medio scripturarum auferatur*  
*authoritas*, & *suis cuiq; *animus author sit**,  
*quid in quaque scriptura probet*, *quid impro-*  
*bet*. *Id est*, *ut non authoritati scripturarum*  
*subijciatur ad fidem*, *sed sibi scripturas ipse sub*  
*ijciat*: *non ut ideo placeat illis aliquid*, *quia*  
*hoc in sublimi authoritate scriptum legitur*,  
*sed ideo rectè scriptum videtur*, *quia hoc illis*  
*placuit*, *Quo te committis anima misera, infi-*  
*ma, carnalibus nebulis innoluta?* *Quo te com-*  
*mittis?* Hec Augustinus.

A sacrarum literarum voluminibus  
*Templa* conuerte oculorum aciem in templo Do-  
*Dei furā* mini, vt dilecta illa Dei tabernacula, con-  
 cupiscit enim & deficit anima Dauidis in  
 atria Domini, & quasi præ dulcedine sua  
 exclamans. *Altaria*, inquit psalm. 83. 4.  
*tua Domine virtutum, rex meus & Deus*  
*meus*. At vbi nunc altaria & templa Do-  
 mini & eorundem ornatus, liberaliter  
 maiorum

maiorum nostrorum tanto labore, studio, industria comparatus? à furibus di-  
reptus, absemptus, dilapidatus: vel si ipsa  
templa in suam sibi ea potestatem sumpse-  
runt, non veriti ne cæcitate percutiantur,  
vt de quodam Arriano Episcopo tradidit  
posteritati D. Gregorius Magnus libro  
tertio Dialogorum cap. 29. in hæc verba.

*C*um ad Spoletanam urbem Longobardorum  
Episcopus scilicet Arrianus venisset, & locum  
illuc ubi solemnia sua ageret, cœpit ab eius ci-  
uitatis Episcopo Ecclesiam petere, quam suo  
errori dedicaret. Quod cum valde Episcopus  
negaret, idem qui venerat Arrianus Beati  
Pauli Apostoli Ecclesiam, illuc cominus sitam.  
se die altero violenter intraturum esse, profes-  
sus est, quod eiusdem Ecclesia custos audiens  
festinus currit Ecclesiam clausit, seris muni-  
xit. Facto autem vespere lampades omnes ex-  
tinxit, seq<sup>z</sup> in interioribus abscondit, in ipso  
autem subsequentis lucis crepusculo Arrianus  
Episcopus collecti in multitudine aduenit, clau-  
sas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed re-  
pente cunctæ simul portæ diuinitus concusse,  
abiectis longius seris apertæ sunt, atque cum  
magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patue-  
runt effuso desuper lumine, omnes que extinctæ  
fuerant

Arrianus  
volēs oc-  
cupare e<sup>ss</sup>  
clesiā Ca-  
tholicorū  
cæcitate  
percutis-  
tur.

fuerāt lampades, accensæ sunt. Arrianus verò Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita cecitate percussus est, atq; alienis ium manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positiones agnoscerent, nequaquam ulterius præsumpererunt Catholica loca temerare. Mirum enim modo res gesta est, ut quia eiusdem Arriani causa lampades in Ecclesia B. Pauli fuerant extinctæ, uno eodemq; tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumē rediret. Cæterum à furibus his omnium furtorum semina transfusa fuisse in posteros, inde videtur est: quod ipsa sanctissima Ecclesia sacramenta, quæ septem semper agnouimus, complura abstulerunt & eadem etiam suo quasi arbitrio statuerunt & constituerunt, nunc duo, nunc tria. Mihi etiam, inquit Philippus Melanthon, placet addatur & quartum. Ipsum verò Pœnitentie sacramentum, quoad confessionem etiam propriorum criminum, Lutherus & Melanthon antiquarunt. Vbi verò hac ratione patefactam viderunt iuuentuti, & familiæ perfidæ viam stratam ad omnia vitia, maximè ad furtæ, & quamuis fecerint libidinem: coacti fuere nouam visitationem Saxonicam instituere, qua rursus constitue-

Furan-  
tur Sa-  
cramen-  
ta, & ex  
hoc fur-  
to maio-  
res fures  
euadunt.

stituerunt auricularem confessionem reuocandam & vitia pœnitentijs coercenda.

Libet h̄c subiungere huius rei exemplum, quod contigit Torpati in Liuonia. cuius mentio, cūm aliquando ibi essem, facta est, & D. Tilemannus Bredenbachijs lib. 7. cap. 26. collationum suarum sacramentorum in h̄c verba posteritati mandauit.

*In ciuitate Torpatensi circiter annum Domini 1555. Lutheranus quidam Ecclesiastes 30. agricolas ad genua prouolutos habebat, quos confessione facta, sacramētali absolutione a peccatis absoluere debebat. Mandat igitur omnes Deo confiteantur, solidum sine unum mulum (quem confitentes parocho dare consueuerant) altari imponere iubet, deinde certam absolutionem promittit, pœnitentiam & satisfactionem commentum esse Papisticum, & neulquam requiri. Erat autem inter confitentes quidam præ alijs simplici ingenio, qui Domino suo iumentum furto abegerat. Hic absolutionem consecutus, domum l̄etabundius reuertitur, gaudium ex felici confessionis successu concptum protinus in uxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cūm Parochum confessurus accederem, ne iuberet abductum taurum restituere, aut gehennæ incēdio me furtum luiturū minaretur: iam autem uno recepto solido om-*

Torpatis  
tensis quā  
dam ru-  
sticus se-  
cundum  
taurum  
qui re fū  
ratus.

M

1168

nes mihi noxas ignouit. Non multò post idem alium bouem furatur, & in ipso facinore deprehensus, fatetur neutquam a se illud admisum fuisse, si non tam facilem se præbuisset parochus in delictis ignoscēdis. Eaq; res plurimos ad grauissima facinora stimulabat, adeo ut summam in domestica familia perfidiam patres familias persentiscerent, ac tam exitiales istius Euangeli fructus grauiter abominarentur. Ex hoc exemplo facilè elicias Christiane lector, quid nam occasionem ad tot **Furor fal** tantaq; furta & rapinas nōlrorum tem-  
**forū p-** porum dederit. Furor eorum cui nō est  
**phetarū.** manifestus? quotusquisq; eorum est, qui  
 non quadam Erinni percitus & furijs in-  
 fernalibus agitatus furorem suum non ex-  
 pleat in pienissimos quosq; vbi potest? &  
 si nō detur in Deū & sanctos, in eoru tamē  
 monumenta & effigies. Venitne tali furia  
 percitus aut Antiochus aut Nicanor in li-  
 bris Machabeorum, solo æquaturus tem-  
 plum Ierosolymitanum, vt illi sœuierunt  
 in sacras imagines, statuas, templa, & que  
 vasa sunt Spiritus sancti, sanctorum cor-  
 porā? quæ ne feræ & cruentæ quædam be-  
 stiæ vel leuiter audebant contingere, hæc  
 igne & ferro crudelissimè nullis seruatis  
 iustitiæ & æquitatis legibus dilacerarunt,  
 disse.

dissecuerunt, à quo furore & rabie nullis  
piorū hominū monitis abduci potuerunt.  
*Furor illis, inquit David, secundū similitudinē  
serpentis, psal. 57.5. Sicut aspidis surda & ob-  
turatis aures suas, quae nō exaudiet vocē incā-  
tantum.* Sed & Oseas propheta principum  
horū falsorū prophetarū furorē prēuidens  
*Oseæ 7.4. Omnes, ait, adulterantes (quales  
sunt qui quærunt alienā Ecclesiā) quasi cli-  
banus succensus à coquente: quievit paululum  
cinitas à commixtione fermenti, donec fer-  
mentaretur totum. Dies regis nostri, ceperunt  
principes furere à vino, extendit manum su-  
am cum illis oribus. Quia applicauerunt qua-  
si clibanum cor suum, cùm insidiaretur eis:  
tota nocte dormiuit coquens eos, manè ipse suc-  
census quasi ignis flammæ. Omnes calefacti  
sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices  
suos: omnes reges eorum (quos paucos habet)  
cecederunt, non est qui clamet in eis ad me.*

Ex horum Regum & principum & in-  
fensissimorum Christianæ religionis ho-  
stium furibundorum numero, non infi-  
mus fuit Julianus Imperator & apostata,  
cuius furiam monti Aethnæo comparauit  
D. Gregorius Nazianzenus oratione pri-  
ma in Julianum, ubi sic scribit, *Aethnaum* furia &  
*ignem narrant Aethna radicibus abscondi, in Aethna* tyrannis.

M 2 ferne ignis.

Iuliani  
Impera-  
toris &  
apostatæ

fernè exundantem, violenterq; retentum atq;  
compressum, siue hoc aliud quippiam est, siue  
anhelitus exerutiati Gigantis (utitur enim ea  
de gigante fabula Gregorius, quod compara-  
tioni quam texit de Juliano probè conueniat.)  
de more quidem horrendum quendam sonum  
exima parte edere, minimumque propinqui  
mali indicem vertice suo euomere: quòd si for-  
tè exuberantior fuerit, nec iam vi villa retine-  
ri queat, tum verò finibus suis astu vèhementi  
extrusum sursumq; tendentem, ac supra for-  
mina sua sese effudentem, nonnullas quoq;  
subiacentis terre partes incredibili illo &  
horribili fluxu peruersare. Eodem quoq; mo-  
do illum, Julianum scilicet, reperire licet, ali-  
quantisper quidem sibi ipsi imperantem, ac so-  
phistici edicti impostura res nostras grauibus in  
commodis afficientem: Ceterum si quando ira  
impotentia exuberantior esset: tum ne animi  
quidem peruersitatem premere, rectamq; ha-  
bere posse; verum aduersus pium, diuinumq;  
ordinem nostrum nuda & aperta persecutione  
grassari. Ut enim edicta aduersus aedes sa-  
cras tum publicè proposita, tum priuatim ex-  
pleta, & denariorum & pecuniarum deprae-  
dationem, non magis ab impietate, quam ab  
auaritia meantem, & supellestilis sacræ direc-  
tionem profanis manibus indignè contemer-  
lioseq;

si oseq<sub>3</sub> tractatæ præteream : ut etiam fileam &  
 præsules & subditos , qui pro his rebus extra-  
 hebantur granissimeq<sub>3</sub> torquebantur : ut præ-  
 teream columnas cruentas plenas , horum ma-  
 nibus atq<sub>3</sub> complexu , dum virgis concideren-  
 tur , per orbem cinctas . ut etiam sagittarii  
 per regiones & urbes discurrentes , atq<sub>3</sub> ipso  
 etiam edictorum authore acriores & imma-  
 niores ( quanos videlicet pro Persis & Scyhtis  
 aliisq<sub>3</sub> barbaris subingaret ) ut hæc omnia  
 prætermittam : Eccui ignota est Alexan- Tyrann-  
 drinorum crudelitas , qui præter multa alia , nis Alex  
 que aduersus nos designarunt , licentia tempo- andrino-  
 ris immodecē usi , plebs etiam alioqui turbu- rum.  
 lenta & furiosa , hoc quoq<sub>3</sub> impietatibus suis  
 adieciisse feruntur , ut sacro sanctum templum  
 nostrum dupli cruore implerent , victimarum  
 & hominum : idq<sub>3</sub> Imperatorij cuiusdam Phio-  
 losophi ductu atq<sub>3</sub> auspicio perpetrasse ( Pythio-  
 dorus is erat ) ab his tantum facinoribus no-  
 minis famam consecuti ? Eccui seditiosa He- Heliopo-  
 liopolitarum coitio incognita est ? Eccui Ga- litarum  
 saorum immanis audacia , qui apud eum in ad- tyrran-  
 miratione & honore erant ; si quidem ipsius nis.  
 magnificentiam luculenter experti sunt ? Ec-  
 cui Arethusiorum furor , prius quidem obscu-  
 rorum , ceterum ab eo tempore etiam admo-  
 dum clarorum atq<sub>3</sub> insignium occultus latet ?

M 3

Qualis

*Iulianus* Qualis verò idem Julianus cum rusticis fuit in iudicando & audiendo idem D. Grecorū in ruris oratione secunda in Julianū describit his verbis. *Hoc autem eccui ex omnibus* ignotum est, quod multos etiā ē rusticioribus, qui ad eum accedebant, ut eorum, que homines ab Imperatore petere precibusq; postulare ac contendere solent, aliquid consequerentur, ita mulctabat palam pugno feriens, calcibus petens, ut præclare secum actum putarent, qui atrocius aliquid non pertulissent.

## CAPVT XIII.

FALSI PROPHETAE  
non sunt sub gratia, sed eā con-  
temnunt, illiq; detrahunt, &  
eandem in luxuriā trans-  
ferunt.

**Q**UANTVM Ecclesia Catholica hactenus semper tribuerit gratiæ Christi ab ipsis Apostolorum temporibus, nullus est in gremio eiusdem Ecclesiæ, qui ignoret. Sic enim cum Romanis & cum Corinthis & Ephesijs à D. Paulo institutam se fatetur, vt abundantiam gratiæ Christi, & eius

& eius effectum vbiq; vt D. Paulus, prædicet. Nouit illa id ad Romanos capit. 5. 15. Non sicut delictum, ita & donum, si enim unius (scilicet Adæ) delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et nō sicut per unum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multò magis abundantiam gratiae & donationis, & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Derogant certè huic abundantiae gratiae & donationis, & iustitiae, qui plus tribuunt Adæ in peccando, quàm Christo in iustificando, solam ponendo imputatiuam iustitiam. Feliciores certè his fuerint Corinthis, pro quibus D. Paulus 1. Cor. 1. 4. gratias agit Deo dicens. *Gratias ago semper Deo meo pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus divites facti estis in illo, ita ut nihil vobis defit in ulla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos usq; in finem sine crimen.*

Quam gratiam abundantem in Corint. ijsdem 2. Corinth. 4. 15. D. Paulus vult

*Abundā  
tia gratiae  
Christi.*

M 4 abuna

112 DE FALSIS PROPHETIS.

abundare in gloriam Dei sicut eosdem cap.  
9. 8. abundare vult in omne opus bonum, quæ opera falsi prophetæ non tan-  
tum reiiciunt, sed quantumuis bona, Lu-  
therus vult esse peccata venialia, ut postea  
dicemus Fæliciores quoque fuerunt præ-  
ter Corinthios Ephesij, quibus scribens de  
CHRISTO capit. 1. 7. In quo, inquit, habe-  
mus redemtionem per sanguinē eius (remissi-  
onem peccatorum) secundum dimitias gratia  
eius, quæ superabundauit in nobis, &c. capite  
verò 2. vers. 7. eiusdem epistolæ latius di-  
mitias huius gratiæ deducens, Deus, inquit,  
qui dñes est in misericordia, propter nimium  
charitatem suam quæ dilexit nos, & cum essemus  
mortui peccatis, conuinicauit nos Christo  
(cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit,  
& concedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu,  
ut ostenderet in seculis superuenientibus abu-  
dantes dimitias gratiæ sue, in bonitate super  
nos in Christo Iesu. Huius rei gratia de  
seipso locupletissimus idem D. Paulus 1.  
Tim. 1. 12. testis est dicens. Gratias ago ei  
qui me confortauit in Christo Iesu Domino  
nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in  
ministerio, qui prius blasphemus fui & perse-  
cutor & contumeliosus, sed misericordiam Dei  
consecutus sum, quia ignorans feci in incredu-  
litate,

bitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quae est in Christo Iesu. Falsos vero prophetas sub gratia hac minimè contineri, multis argumentis doceri potest, ac primò quidem, quia ut malii architecti errant in fundamento omnis gratiae Christo scilicet Domino pleno gratia & veritate, de cuius plenitudine acceperimus omnes, ut est Ioannis 1. 14. 16. Quantum autem in Christi persona errant, satis ostendimus, cum probauimus superius capite 8. haereticos nostri temporis Christum negare, quo ipso de semetipso testificantur, se esse insipientes architectos, eorumq; Synagogum facile, ut arundinem vento agitatam, & domum super arenam edificatam, Matth. 7. 27. omnibus fluctibus & procellis ventoq; discuti ut fiat ruina domus illorum Magna. Hinc de una eademq; re, quæ fidei articulo continetur, nunc asserunt, nunc pernegant, nunc diffitetur, nunc astruunt, ut olim vere quidam vir bonus mihi notus de ijs scriperit librū cū inscriptione Wetterhan/vbi nihil aliud ostēdit q. Ja vñ Nein/hoc est, ita & nō. Alter certè D. Paulus de Christo scribit 2. Cor. 1.17. Nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundū carnē cogito ut sit apud me EST,

M 5 & NON

Falsos  
prophetas nostri  
temporis  
non esse  
sub gratia 12. ar-  
gumentis  
probatur  
  
1. Errane  
infunda-  
mento  
gratiae, et  
sunt ma-  
li archi-  
tecti.

& NON? Fidelis autem Deus, quia sermo  
noster qui fuit apud vos, non est in illo EST, &  
NON, Dei enim filius Iesus Christus, q. in vo  
bis per nos prædicatus est per me & Sylvanum &  
Timotheum, non fuit EST, & NON, sed EST in  
illo fuit, Hæc ille. Quib⁹ verbis agit, vt etiā  
disertè monet ad Ephes. 4.14. Ne simus sicut  
parvuli fluctuantes, & circumferamur omni  
vento doctrinæ in nequitia hominum, in astu  
cia ad circumuentionem erroris. Veritatem  
autem facientes in charitate, crescamus in  
illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo  
totum corpus compactum & connexum per  
omnem iuncturam subministrationis, secun  
dum operationem in mensuram uniuscuiusq;  
membri augmentum corporis facit in edifica  
tionem sui in charitate. Talis fuit D. Paulus  
qui 1. Corinth. 3.10. sic de se agens & gra  
tia sibi à Christo Domino communica  
ta, loquitur, secundum gratiam Dei qua da  
ta est mihi, ut sapiens Architectus funda  
mentum posui: alius autem superædificat, fun  
damentum enim aliud nemo potest ponere,  
præter id quod positum est: quod est Christus  
Iesus. Non enim, vt inquit ad Ephesios 2.  
19. sumus hospites & aduenæ, sed cines sancto  
rum & domestici Dei, superædificati supra  
fundamentum Apostolorum & prophetarum,  
sop̄

D. Pau  
lus qualis  
Archite  
ctus.

ispo summo angulari , lapide Christo Iesu. Catholica  
Aduersarij verò falso nobis tribuunt, aliud cī non nō  
nos fundāmentum primarium ponere, si unum  
quām hoc ipsum, quod D. Paulus statuit: primari-  
non diffitemur tamen alia esse secundaria um Eccles.  
fundamenta, de quibus D. Iohannis Apo- sīcē funda-  
calypsis 21. 14. afferat, Murum ciuitatis mentum,  
cælestis Ierusalem, quo falsi prophetæ per- agnoscūt.  
tingere nequeunt, duodecim habere fun- plurata.  
damenta, in ipsisq; esse duodecim nomina men secūt,  
duodecim apostolorum Agni. Neque hīc daria.  
primò silentio prætereundum est in hac  
Apostolorum serie, quæ est Matth. 10. 2.  
Marci 3. 16. Luc. 6. 14. Actor. 1. 13. D. Pe-  
trum semper primo loco ab Euangelistis  
statui, licet in alijs Apostolis discrepent.  
Apud D. Matthæum enim hæc est series  
loco citato, Petrus, Andreas, Iacobus Ze-  
bedæi, Ioannes, Philippus, Bartholomæus,  
Thomas, Matthæus, Iacobº Alphæi, Thad-  
dæus, Simon, Iudas proditor. D. Marcus  
verò post Petrum consequenter ponit Ia-  
cobum, Iohannem, Andream, Philippum,  
Bartholomæum, Thomam, Iacobum Al-  
phæi, Thaddæum, Simonem, Iudam pro-  
ditorem. Lucas post Petrum statuit An-  
dream, Iacobum Zebedei, Iohannem, Phi-  
lippum, Bartholomæum, Matthæum, Tho-  
mam,

## 156 DE FALSIS PROPHETIS,

mam, Iacobum Alphæi, Simonem Thad.  
dæum, Iudam proditorem. Idem in A.  
ctis Apostolicis suspenso Iuda post D. Pe-  
trū collocat Ioannē, Iacobū Zebedæi, An-  
dreas, Philippum, Thomam, Bartholo-  
mæum, Matthæum, Iacobum Alphæi, Si-  
monem, Thaddæum. Quibus postea loco  
Iudæ proditoris anumeratus est Matthias.  
Secundò obseruandum, ut Iudas ut vilis-  
simus, dum in viuis fuit, semper ultimo  
loco constitutus est; sic D. Petrus ut dig-  
nissimus semper & ubiq; primum sibi lo-  
cum vendicat: ut videatur scriptura ho-  
rum duorum tantum in ordine vel digni-  
tatem, vel contemptum, ut vasorum glo-  
riæ & contumeliæ respexisse. Tertiò id  
satis explicat D. Matthæus, qui expresse  
D. Petrum primum nominat apostolo-  
rum. *Duodecim*, inquit loco citato, *Aposto-  
lorū nomina sunt hæc: Primus, Simon qui di-  
citur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus  
Zebedæi, &c.* Quamvis autem Andreas  
prius in discipulatu Christi fuerit quam  
Petrus, ut ex primo capit. D. Iohannis satis  
superq; constat: tamen Petrus primus in  
Apostolatu à D. Matthæo scribitur. Et ab  
eodem traditur promissio Christi D. Pe-  
tro facta, cap. 16. 18. super eundem scili-  
cet

cet ædificatam iri Ecclesiam Christi, neq;  
inferorum portas huic Petræ beatissimæ  
& solidissimæ præualituras vñquam, hoc  
est, quod Apostoli duodecim, sunt duo-  
decim portæ ciuitatis cælestis Apocal. 21.  
per quorum scilicet doctrinam ducimur  
recta veritatis via in ciuitatem cælestem:  
sicut per hæreticos & falsos prophetas tan-  
quam portas, ducuntur eorum sectatores  
ad deuia, & eterni ignis inferniq; incendia.  
Horum verò conatus contra hanç petram  
fore irritos omnes idem Matthæus docet.

2. ratio.

Secunda ratio qua demonstrari potest  
falsos prophetas non esse sub gratia Chri-  
sti, inde elici potest, quòd doceant in pri-  
mo gratię sacramento, Baptismatis scilicet,  
remanētem fomitem esse verè peccatum, *quia di-*  
*cūt fomis*  
qui fomes tandem vbi adoleuerit homo, *tempost*  
*baptis-*  
dominatur in homine, atque ita se potius  
ad numerum eorum inscij referunt, qui  
sub lege sunt, hoc est Iudæorum, quam ve-  
rorum Christianorum, manet enim firma  
in nostra Ecclesia sententia, quam per D.  
Paulum à Romanis accepimus, vbi capite  
6. 14. sic inquit D. Paulus. *Peccatum vobis*  
*non dominabitur, non enim sub lege es-tis, sed*  
*sub gratia.* At secundum illorum senten-  
tiam, post baptismum in illis dominatur  
pecca-

*3. ratio,  
quia non  
habent  
legitimos  
sacerdo-  
tes.*

*Verum  
sacerdo-  
tium quo  
modo in-  
stitutū.*

*Sacerdo-  
tes Iero-  
boā quo-  
modo fa-  
cti.*

peccatum: nullo ergo modo sunt sub gratia. Tertium est, quod non habeant idoneos & legitimos sacerdotes, per quos continua successione per sacrosancta Ecclesiæ sacramenta, ad eos gratia Christi derivari possit. Ad hanc enim functionem sacerdotum necessariam esse gratiam Christi, satis docet Christus, cum instituturus sacrosanctum illud sacrificium secundum ordinem Melchisedech, de quo psal. 109.

4. Hebre. 5. 6. prius eos perfectius quam Moyses Exod. 28. & 29. Numerorum 8. sanctificauerit, & lotione pedum exterius & verbo vitæ interius, Iohan. 13. 4. emundauerit, & antequam eisdem potestatem remittendi peccata fecerit, spiritu sancto afflauerit ut est Iohan. 20. 21. Sicut, inquit, misit me viuens pater, & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nihil horum inquam in missione pseudoprophetarum fieri meminit antiquitas, sed fit sicut in diebus Ieroboam, qui ut est 3. Regum c. 12. 31. fecit facia in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi, & cap. 13. 33. clarius, fecit de nonissimis populi sacerdotes excelsum:

celorum: quicunq<sup>z</sup> volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & enversa est, & deleta de superficie terræ. His post modum tempore Apostolorum accessit publicum sacrificium & iejunium cum impositione manuum, cuius meminit D. Paulus, D. Lucas Act. 13. 2. *Ministrantibus* (in grœco, publicū sacrificium per agentibus) *ante illis Domino, & ieunantibus, dixit Spiritus Sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus: ad quod assumpsi eos. Tunc ieunantes & orantes, imponentesq<sup>z</sup> eis manus, dimiserunt illos.* Quam gratiam tum à D. Paulo & Barnaba Antiochiæ acceptā proximo sequenti capite 14. 22. adhibitis orationibus & ieunijs ijdem constitutis per singulas Ecclesias præsbyteris transfuderunt, sicut eandem accepit Timotheus à D. Paulo, vt constat ex 1. Timoth. 1. 14. vbi inquit. *Noli negligere gratiam qua in te est, qua data est tibi per prophetam cum impositione manuum præsbyterij.* Ne tamen nihil facere videantur falsi nostri prophetæ, simiarum opus agunt, quæ cum animalia sint sine ratione, vt tamen rationis capaces habeantur, & humani ingenij aliquam præ se ferant speciem, aliquas hominum Simia  
falsi pro-  
phetae.  
actiones

actiones exprimere conantur: ita hi reli-  
eto publico sacrificio & ieunio, ne ventre  
suum negare cogantur, sola impositione  
manuum cuiuscunq;, nulla huius dignita-  
tis successione indagata contenti, aliquan-  
do nulla etiam adhibita impositione, vt si-  
miæ nostræ nostra sacramëta administrat:  
idq; non sine summa diuini numinis offen-  
sa, Deus enim hanc potissimum causam po-  
nit terræ vndequaq; afflictæ & dissipatæ.  
Hinc Isaias capite 24. *Ecce (inquit) Domi-  
nus dissipabit terram & nudabit eam, & affli-  
get faciem eius & disperget habitatores eius,  
& erit sicut populus, sic & sacerdos.* Similem  
causam dat propter inscientiam populi &  
malorum sacerdotum apud Oseam capite  
4. vers. 4. *Populus tuus sicut hi, qui contra-  
dicunt sacerdoti ( scilicet ita punientur ut  
Core, Dathan, & Abiron, quos contradic-  
entes Moysi & Aaron viuos absumpsi  
infernus Num. cap. 16. v. 32. )* Pergit Oseas.  
*Et corrues hodie & corruest etiam prophetati-  
cum: nocte tacere feci matrem tuam. Contra-  
cuit populus meus eo quod non habuerit sci-  
entiam, quia tu scientiam repulisti, repellam u-  
ne sacerdotio fungaris mibi: & oblitus es legis  
Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego, Et  
erit sicut populus, sic sacerdos: & visu ab ope-*

per

per eum vias eius, & cogitationes eius redam ei.

Quartum est, licet aliqui gratiam præsbyterij à nobis acceperint, hanctamen aut in vacuum accipiunt, aut huic gratiæ minimè cooperantur facti à vera religione apostatæ, Alius certè D. Paulus, ut constat ex 1. Corin. 15. 10. ubi sic de seipso scribit.

4. ratio  
quia non  
cooperan  
tur gra  
tie Dei.

*Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Vis autem videre hos terra mariq; pro Christi nomine suscepitos D. Pauli labores? consule D. Lucam à cap. 9. actuū apostolorum, consule quatuordecim eius epistolas. Vis videre quām parum nostri pseudoprophetæ eidē gratiæ respondeant? examina eiusdem D. Pauli ad Corinthios secundam epistolam 2. Corinth. 6.1. penitus intuere quid exigat à Dei ministris, ut ipsi sese iactitant, adhibe Apostolicam trutinam, ne ab æquilibrio veritatis aberres.

*Adiuuantes autem, inquit, hortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, nemini dantes ullam offenditionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus,*

N

in an-

in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laborib⁹, in vigilijs, in iejunis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, &c. Examina singula. Offensiones quas dederint & docuerint, satis capite superiori tertio ostendimus, quam patientiam, quas tribulationes & necessitates pertulerint, satis tum ex superiori capite 8. tum ex 9. elici potest.

*Angu-  
stia Lu-  
theri qua-  
les & quā  
differant  
a Sancto,  
rum an-  
gustijs.*

Angustias Lutheri nullas animaduer-  
ti, nisi tum cū eō redactus est VVitten-  
bergæ à Satana, vt eius exorcismorum ex-  
periretur angustias, quas superiori capite  
sextō tradidimus. Alias certè Sanctorum  
angustias tradidit D. Paulus, que vera fi-  
dei verissima fuerunt olim argumenta.  
Circumierunt, inquit Heb. ii. 37. in meloti,  
in pellibus caprinis (qui habitus erat Mo-  
nasticæ vitæ primorum fundatorum) egen-  
tes, angustiati, afflicti, quibus dignus non era-  
mundus, in solitudinibus errantes, in montib⁹  
& speluncis, & in cauernis terra. Examina  
hæc ad vitam noui falsò nominati Helia,  
Lutheri scilicet: adiunge si libet distantia  
cæli à terra, & conclude ex locis dialecticis  
à similibus, & dissimilibus deductis, & qua-  
si per demonstrationem inuenies trans-  
fugam

fugam Monachum. Pergit D. Paulus, *in plagiis*, quas nullas eundem sustinuisse post exutum cucullum eius legimus.

*In carceribus.* Nec horum meminerunt historici, nisi quod ex cōuentu principum Germaniae anno 1521. VVormatiæ coacto discedens, iussu Frederici principis sui ductus Alstadium fuerit, quod oppidū ex eo cōuentu Lutheri Pathmos ab amiculis eius vocatum est. Sed contra, multa ibi visa & acta, quam ea, quæ D. Iohannes in Pathmos vidit.

Sequitur, *in seditionibus*, intellige non actiuis, sed passiuis. Nam in actiuis seditionibus in tota pene Germania communiendis plurimus fuit Lutherus, ut capite superiori quarto ostendimus.

*In laboribus, in vigilijs.* Vigiliæ omnes sublatæ, quæ olim non tantum in Monasterijs, sed etiam apudpios sœculares, maximè in summis festiuitatibus frequentissimæ fuerunt, & Christi & Apostolorum voce laudatæ. Matth. cap. 24. vers. 42. cap. 25. v. 13. c 26. v. 38. 41. Marc. 13. 33. 35. 37. & 14. 38. Luc. 11. 36. Actor. 20. 31. 1. Cor. 6. 5. & 11. 27. Colloff. 4. 2. 1. Thessal. 5. 6. 2. Timoth. 4. 5. 1. Petri 4. 7. & 5. 8. Apocal. cap. 3. vers. 3. 2. 3. & cap. 16. 15. ubi ita

Lutheri  
pathmos.

Vigiliæ  
sublatæ p  
Lutherū

*Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua.*  
 Minimè ergo beatus Lutherus qui & vigilias honestatis, quæ Ecclesiastici cap 31. l. 9. tabefaciunt petulcam & insolentem carnem, sustulit: & vestimenta religiosa cum omni pudore & verecūdia profugus exuit.

*Ieiunia si militer.* In ieiunijs, quæ nulla omnino habent, & si aliquando permittunt, illa sibi ad libitum vendicata volunt. Sciunt hi

ventri bellum indicendum, gulam castigandam, ieiunandum etiam afferunt: sed si de tempore & loco quæras, nusquam locus, nusquam tempus, huic gastrimargæ coercendæ aptum iudicabunt. Interim ieiunio lex suscepta, ieiunio prophetæ, ieiunio sacerdotes & ministri Christi constituti, ieiunijs dæmones electi, ieiunio hostes fusi, exercitus deleti. *In castitate.*

Huius testis potest esse Andreas Carolstadius Archidiaconus Vvittenbergensis, qui primus quidem omnium nostro tempore ex sacerdotum ordine vxorem duxit, aut verius scortum, quem mox Lutherus cum sua Catharina secutus, & Florentina quædam in Monasterio Islebiensi, cuius fugam aperto ostio, incuria præfecti carceris, Lutherus inter maxima prodigia refert, sic libidinosum Euangelium libidinosa habet prodi-

*Castita-  
tem simi-  
liter.*

*Andreae  
Carolsta-  
diij & alio-  
rum con-  
nubia.*

prodigia & miracula, quasi vero potius simile aut maius miraculum non sit, posse tempore gratiæ inueniri homines, quos D. Paulus 2. Tim. 3. pene toto medio capite depingit sceleratissimos, ex quibus v. 6. sint qui penetrent domos, & captivas ducant mulierculas, oneratas peccatis quæ ducuntur varijs desiderijs. Harum certè patronum nunquam egit B. Leonardus, in nostra Ecclesia, captiuorum alioquin singularis apud Deum aduocatus & patronus. Ut istarum perfugarum monialium aduocatus sit noui Euangelij prece seu potius Leno Lutherus, per nos licet. Sed de his, cùm capite 17. de eorū libidine agemus, latius. Et hæc ad ostendendum, quod gratiæ Dei minime cooperentur falsi prophetæ, sufficient.

Quintum ergo argumentum sit, quia nihil pene dant pauperibus Euangelicis, & alijs data perfidè ad se suosq; pertrahunt, vt capite 5. ostendimus. Potens est autem Deus omnem gratiā abundare facere, inquit D. Paulus 2. Cor. 9. 8. in vobis, ut in omnibus semper omnē sufficientiam habētes, abundetis in opus omne bonum, sicut scriptum est: Dispergit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Hi verò nullum opus bonum spectates, tantum abest ut quicquam

N 3 dent

dent aut elargiantur, vt etiam bona olim liberaliter data rapiant pauperibus, ac proinde iniustitia & egestas eorum, manet in seculo seculi. Id certissimum esse docet

Sapiens Proverb. 21. 14. Alij, inquit, <sup>dant</sup>  
*Spoliatores et raptores pauperum in egestate sunt.* propria, & ditiores fiunt: alijs rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Quid enim defuit

maioribus nostris cum omnia penè in Xe-  
*nodoxia, templa & Monasteria confere-*  
*bant?* cum ad plurimorum Monasterio-  
*rum portas, tot millia pauperum, & adhuc*

Patauij, quotidie pene duo millia in Mona-  
*sterio S. Iustinæ virginis ordinis D. Be-*  
*neldi, & Venetijs in S. Georgio Maiori*  
*eiusdem nostri ordinis vix pauciores pas-*  
*cebantur: cum præmissa oratione ad ho-*

*spitum pedes religiosi prouoluti, iuxta re-*  
*gulam S. Benedicti dicebant: Suscepimus*  
*Deus misericordiam tuam in medio tēpli tui,*  
*cum eorum pedes, omni charitate ablue-*  
*bantur, & ablutioni pia lectio subsequea-*  
*tur. Quæ verò non extrema egestas inua-*  
*sit Monasteriorū expilatores & depræda-*  
*tores, ante quorum fores, citius lapidem,*  
*quam potum, canem latrantem, & pere-*  
*grino insultantem, quam hospitalem a-*  
*liquem ianitorem, aut religiosum inue-*  
*nies.*

*Eleemo-*  
*synæ Be-*  
*neldi tino*  
*rum, &*  
*hospitalis*  
*is.*

Hinc

Hinc tot in Germania nostra olim locupletissima miseria, tot furta, tot latrocenia, Emporia enim pauperum tenent illi, quibus nulla sunt viscera charitatis. Vide quæ diximus superiori capite quinto. Libet interim hic adiucere quid de Gregorij Magni eleemosynis, ordinis nostri sanctissimi lumine & ornaméto, posteritati scripto reliquerit Ioánes Diaconus Romanus, lib. 2. capit. 22. in vita S. Gregorij Magni.

Tantæ hospitalitatis Gregorius in ipso etiam Patriarchio permanfit, ut exceptis his, quos tam per diuersas regiones, quam Roma quoq;<sup>z</sup> Longobardorū perfidiae gladios fugientes, Ecclesiæ stipe misericorditer nurriebat, quotidie ad mensam suam peregrinos quoslibet inuitaret (vide eius Homil. 23. in Euang.) Inter quos, die quadam unus accessit, in cuius manibus dum ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere vellet, conuersus urceum accepit: sed repente eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, inuenire non potuit. Cumq; hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte Dominus ei per visionem dixit: Ceteris diebus, me in membris meis, hesterno autem die, me in memetipso suscepisti. Alio quoq; tempore, Christū idem Gregorius, iuxta consuetudinem suam præcepit Sacellario, ut duodecim peregrinos Dominiū excopit.

N 4 ad pran-

D. Gre-  
gorij in  
signis mi-  
sericor-  
dia in  
pauperes

ad prandium inuitaret. Qui pergens, iussa compleuit, eosq; ad mensam pariter ordinavit. Dum autem simul discumberent, intuens Papa, tredecim numeravit, & accessito sacellario, cur contra iussionem suam tertium decimum inuitare præsumpsit, inquisivit. Ille obstupescitus conuinantes peregrinos curiosius numeravit, & duodecim solos inueniens, velmi securus respondit. Crede mihi, honorabilis pater, non sunt nisi duodecim, sicut ipse iussisti. Ergo dum coniunctus sapius duodecim identidem numeraret, ac tertium decimum, quæ solus Papa videre poterat, non videret, animaduertens spiritualis pater Gregorius virum propius discubentem, vultus crebro conuerte-re, & nunc adolescentem, nunc verò se vetu-  
 Naufralum veneranda quadam canicie simulare: fini-  
 gi angelus to conuinio duodecim quidem abire permi-  
 post mor sit: tertium decimum verò manu suscipiens,  
 tem ap- in cubiculum suum induxit, vehementer ad-  
 paret D. iurans, ut ei se nomeng; suum simpliciter pro-  
 Gregorio dere dignaretur. Qui respondens dixit, & cur  
 aquo elee interrogas de nomine meo, quod est mirabile?  
 mosyna veruntamen scito memoria recognoscens, quia  
 olim acce ego sum naufragus ille, qui quondam veni ad  
 perat naufra- te, quando scribebas in cella Monasterij tui ad  
 gus. clium Scauri, cui dedisti duodecim nummis-  
 mata, & argenteam scutellam, quam tibi mi-  
 serat

serat cum infusis leguminibus beata Silvia  
 mater tua & hoc tibi pro certo sit cognitum,  
 quia ab illo die, quo mihi hæc hilari animo tri-  
 buisti, destinauit te Dominus fieri præfulem  
 sanctæ sua Ecclesiae, pro qua & proprium san-  
 guinem fudit, & esse te successorem atq; vica-  
 riū Apostolorum principis Petri, cuius &  
 virtutem imitatus es, cum substantias offeren-  
 tium diuididerat, prout cuiquam opus erat,  
 (Act. 2. & 4.) Hæc audiens Gregorius dixit:  
 & tu quomodo nosti quod tunc me Dominus  
 præesse sanctæ sua Ecclesie destinari? at ille  
 inquit, Quoniam ego angelus eius sum, & tunc  
 ab eo ad tuum inquirendum propositum desti-  
 natus. Tunc Gregorius, qui nondum mani-  
 festè viderat Angelum, prorsus expauit, sibi q;  
 hunc taliter dicentem audivit: Ne timeas,  
 neq; formides. Ecce enim remisit me Domi-  
 nus, ut sim tibi custos, quam diu fueris in isto  
 mortali seculo, quatenus, quamcunq; rem pe-  
 tieris per me, apud eum fiducialiter valeas im-  
 petrare. Illico Gregorius in faciem suam cor-  
 ruit dicens: Si propter pusillum mea par-  
 uitatis munusculum, tanta mihi retribuit om-  
 niotentissimus Dominus, ut & Pontificem me  
 sanctæ sua Ecclesie faceret: & custodem mihi  
 suum angelum deputaret: quanta putem mihi  
 restituiri, si in preceptis eius totis viribus per-  
 educas

Angelus  
 custos D.  
 Gregory  
 papa

N 5 manens,

170 DE FALSIS PROPHETIS,

manens, plura studuero de pluribus errogare? Igitur incipiens, tantum largior esse de collato temporali commodo, quantum certior de recipiendo premio sempiterno, cunctorum patrimoniorum praediorumq; redditus ex Gelasiano polyptycho, cuius nimis studiofissimus videbatur pedissequus, aderauit, eorumq; pensionibus in auro argentoq; collatis omnibus ordinibus Ecclesiasticis, vel palatinis, Monasterijs, Ecclesiis, cæmiterijs, diaconijs, Xenodochijs urbanis vel suburbanis, quot solidi quater in anno distribuerentur, Pascha scilicet, natali Apostolorum, natali sancti Andreæ, natalitioq; suo per polyptychum, quo hactenus erogantur, indixit.

Extra quos primo Dominicæ resurrectionis diluculo, in basilica quondam doctissimi Pape Vigilij, iuxta quam consuetudinaliter habitabat, ad impertendum pacis osculum residens, cunctis Episcopis, presbyteris, Diaconibus, aliisque axiomaticis, aureos erogabat. Natalitio vero Apostolorum vel suo, mixtos solidos offerens, peregrinis nihilominus vestimenta donabat. Omnibus omnino Calendis, pauperibus generaliter easdem species, qui congregabantur ex redditibus, erogabat. Eius tempore frumentum, suo vinum, suo caseum, suo legumen, suo lardum, suo manducabilla

cabilia animalia, suo pisces, vel oleum paterfamilias Domini, discretissime diuidebat. Pigmenta vero aliaq<sup>3</sup>, deliciora commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita ut nihil aliud, quam communia quadam horrea, communis putaretur Ecclesia.

Tribus millibus ancillis Dei, quas Graci Monasterias vocant, quindecim liberas auri, pro lectisternijs dedit, eisq<sup>3</sup> pro tas ei<sup>o</sup> in quotidianis stipendijs octoginta libras annua. Monialiter conferebat, de quibus Theodisto patriles, & ea-  
cio scribens, libro 6. epist. 187. Harum, in rundem  
quit, talis vita est, atque in tantum lachrym. Monia-  
mis & abstinentia distracta, ut credamus, quia hunc pie-  
si ipsae non essent, nullus nostrum iā per tot an-  
tas & in-  
nos in loco hoc subsistere inter Longobardos tercessio-  
rum gladios potuisset.

Quotidianis quibusq<sup>3</sup> diebus per omnium  
regionum vicos vel compita infirmis seu qua-  
libet corporis parte debilibus, coacta stipen-  
dia per constitutos veredarios emittebat.

Verecundioribus vero antequām ipse ci-  
bum caperet, a mensa sua benedictionis A-  
postolice ostiatim dirigere curabat scutellam:  
ita ut neminem prorsus exciperet misericor-  
dissimi benevolentia prouisoris, quem ad  
fidē

D. Iacō

fide traxerat omnipotentis cognitio creatoris.  
 Hinc dum quendam pauperem in angusti  
 Andronarum recessibus a vespillonibus inue-  
 niri mortuum contigisset, estimans eum stipu  
 inopia perisse, ita per aliquot dies ut dicitur a  
 missarum celebratione vacando tristatus est,  
 tanquam si eum proprijs manibus (quod dictu  
 nefas est) peremisset. Extat usq; hodie in sa-  
 cratissimo Lateranensis Palatijs scrinio, huic  
 confectum temporibus chartaceum prae grande  
 volumen, in quo communis sexus cunctarum  
 etatum ac professionum nomina, tam Rome,  
 quam per suburbana ciuitatesue vicinas, nec-  
 non longinquas maritimae urbes degentium,  
 cum suis cognominibus, temporibus & remu-  
 nerationibus expressius continentur. Hac Io-  
 hannes Diaconus de tanto viro memoria &  
 posteritati consecravit.

Sextum argumentum est, quia male  
 sunt conscientiae homines ac proinde ex-  
 quis sunt iestis & diuinæ gratiæ expertes : sicut vi-  
 malæ con- ce versa Apostoli Christi cum D. Paulo  
 scientiae dicere possunt 2. Corin. 1. 12. Gloria nostra  
 homines hec est testimonium conscientiae nostræ, quod  
 in simplicitate & sinceritate Dei, & non in  
 sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati  
 sumus in hoc mundo. Conscientia siquidem  
 praua & carnalis, terrena est, & vt inquit  
 D. Iaco-

D. Iacobus apostolus capit. i. vers. 15. animalis, diabolica. Cæterum de hac illorum cōscientia fusius diximus superiori capite. Interim hoc ex loco sic cōuincitur Lutherus: Vbi non est simplicitas & sinceritas erga Deum, sed sapientia carnalis: ibi nulla est gratia Dei, aut conscientiæ puritas: sed hæc simplicitas non est in Luthero, quia est Apostata. Graditur ergo non simpliciter, sed, ut est Prover. 6. 12. ore peruerso & prauo corde, quo machinatur malum, ut sub finem capitis 6. ~~7.~~ diximus: Malæ ergo est conscientiæ, & gratiæ diuinæ nullatenus capax.

Septimum argumentum est, quia nulla in illis est humilitas, ergo gratiæ Christi sunt expertes. Cuius rei testis est, tum D. Iacobus cap. 4. 6. tum D. Petrus i. epist. cap. 5. 5. Omnes, inquit, humilitatem insinuat7. quia nulla in illis est humilitas, ergo sub potentia manus Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis.

Vbi ergo non est humilitas, nulla est gratia. At in Luthero nulla humilitas, nulla ergo in illo gratia. Primum constat ex sacris literis, alterum ex ijs quæ tum cap. 8. diximus vbi ostendimus quomodo dominationem contemnat, usque adeo ut nulum

*Superbia  
Lutheri.*

## 174 DE FALSIS PROPHETIS,

Ium iudicem, aut vllas leges patiatur: tum capite nono vbi deduximus eum nec sanctis Patribus, neque Episcopis, neque regibus & principibus Christianis velle esse subditum: de se vero arroganter omnia iactitare, soli Diabolo in disputatione de Missa abroganda cessisse se iactans. *Dico enim*, inquit D. Paulus, *per gratiam quæ data est mihi nō plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Cæterū de se iactat à Diabolo se superatum esse, necesse ergo est vt consequenter fateatur, se non Christi sed Satanæ seruum esse. *A quo enim*, vt inquit D. Petrus 2. epist. 2. 19. quis superatus est: eius & seruus est, at Lutherus superatus est à Diabolo, concludat Aristoteles, ergo Satanæ seruus est.

3. ratio  
quia negant gratias gratis à Deo datas.  
quas non habent, i.  
quia ordinē in Ecclesia negant.

Octauum argumentum, quia tollunt hac ratione omnem ordinem Ecclesiæ, & negant gratias gratis à Deo datas. Id constat primò ex antecedenti ratione, qua infectatur omnem à Deo constitutum ordinem, tollitque penitus Ascensionis dominice effectum, de quo ita D. Paulus ad Ephes. cap. 4. vers. 7. *Vnicuique autem nostrum, inquit, data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Propter quod dicit, psalmo scilicet 67. 19. *Ascendens in altum capit*

capitulam duxit capitulatatem, dedit dona ho- Ascensio  
minibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi nis Chri-  
quia & descendit, primum in inferiores partes sti effect  
terre? Qui descendit, ipse est & qui ascendit  
supra omnes caelos, ut impleret omnia.

Et ipse dedit quosdam quidem Apo-  
stolos, quosdam autem prophetas, alios  
vero Euangelistas, alios autem pastores  
& Doctores ad consummationem sanctorum  
in opus ministerij, in edificationem corporis  
Christi, donec occurramus omnes in unita-  
tem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum per-  
fectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi,  
ut iam non simus parvuli fluctuantes, &  
circumferamur omni vento doctrinae in nequi-  
tia hominum, in astutia ad circumventionem  
erroris. Hæc D. Paulus. Similia pene, vt  
infra dicemus, his quæ dixerat I. Corinth.  
cap. 12. vers. 28. quod si hæc cum anceden-  
tibus conferat Christianus Lector, fa-  
cile colliget plurima contra Lutherum,  
ita omnem ordinem à spiritu sancto con-  
stitutum carpentem.

Ac primò quidem CHRISTVM Do-  
minum Luthero nondum ascendisse ca-  
elos, vt dona spiritus sancti toties Iohannis  
14. 15. & 16. capitibus post Ascensionem  
mittenda promissa mittat.

Duo de  
cim mo-  
dis cōuin  
cirur Ls  
therus ex  
epist. ad  
Ephes.

Secun-

2. Secundò nondum datos Apostolos, pa-  
stores seu Episcopos & Doctores. Et id cō-  
sultò quidem facit more laporum, qui ve-  
rorum pastorum præsentiam animo fe-  
runt iniquissimo.
3. Tertiò nondum inchoatam consum-  
mationem Sanctorum, cùm tamen, vt te-  
stis est D. Paulus Hebr. cap. 9. v. 26. Se-  
mel in consummationem seculorum ad desti-  
tutionem peccati hostiam suam apparuit. Et  
vt est in eadem epistola cap. 10. 14. Vna ob-  
latione consummavit in aeternum sanctificatos.
4. Quartò nondum opus ministerij & fun-  
ctionis sacerdotalis, contra ea quæ superius  
argumēto tertio diximus, ad nos puenisse.
5. Quintò necdum illi curæ esse ædificatio-  
nem corporis Christi, sed potius eius rui-  
nam & interitum certissimum.
6. Sextò vnitatis fidei esse quasi intestinū  
hostem: malle potius dissidia religionis &  
hæresum varias sectas, quàm eius sanctissi-  
mam vniōnem.
7. Septimò agnitionem filij Dei, nondum  
illi, vt D. Petro factum Matth. 16. reuela-  
tam fuisse: quod & manifestissimum est, vt  
superiori capite octauo ostendimus.
8. Octauò eundem virum perfectum nī-  
hili ducere, cùm ipse à perfectione Euan-  
gelica

gelica turpiter ut turpis Apostata defec-  
rit, manum ab aratro agri dominici abstra-  
xerit, & cum uxore Loth ad vomitum re-  
spexerit.

Nonò malle se esse paruulum hinc in-  
de vacillantē & semper fluctuantem, quām  
virum in vestigijs sanctorum pedem fir-  
mius figentem.

Decimò malle se circumferri omni  
vento doctrinæ & variarum hæresum ab  
Ecclesia damnatarū q̄ gratia stabilire cor.

Vndecimò malle se nequitiam, quām  
sanctitatem piorum Christianorum.

Duodecimò malle se astutiam erro-  
rum quām simplicitatem columbinam  
sanctorum Patrum omnium. Hæc enim  
omnia ex unico illo dato absurdo se velut  
catenæ quædam implicatæ consequuntur.  
Quo non ruis & præcipitaris Diabolica ar-  
rogantia? Nunc alias gratias gratis datas,  
quibus carent ex 1. Cor. 12. examinemus,  
de quibus ita statuit D. Paulus vet: 7. *Vni-*  
*cuiq; datur manifestatio spiritus ad utilita-*  
*tem. Alij quidem per spiritum datur sermo*  
*sapientie: alijs autem sermo scientia secundum*  
*eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu:*  
*alijs gratia sanitatum in uno spiritu: alijs opera*  
*spiritum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum,*

9.

10.

11.

12.

O alijs ge-

178 DE FALSIS PROPHETIS,

alijs generali linguarum. Et paulò post, bre-  
vius antecedentia cum consequentibus si-  
mul complectens ver. 27. *Vos*, inquit, *estis*  
*corpus Christi*; & membra de membro. Et  
quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, pri-  
mum Apostolos, secundò prophetas, tertio  
doctores, deinde virtutes, exinde gratias cura-  
tionum, opitulationes, gubernationes, genera  
linguarum, interpretationes sermonum.

Sed aduersarij nihil horum perfectè  
habent, neque enim est quisquam, qui  
vitam & doctrinam Apostolicam aut pro-  
pheticam moribus suis non potius defac-  
det, quam exprimat, nullusque qui ali-  
quem Doctorum præ se ferat. Nullus  
qui aliquas virtutes contra spirituales ne-  
quitias exerat, sed ab his potius exagita-  
tus, ut Lutherò contigisse capite 6. dixi-  
mus, confusus erubescat: nullus qui præ-  
ter communem medendi artem, que  
etiam ante Ascensionem Domini contigit  
multis, gratiam curationum habuisse le-  
gatur, nisi gratia curationum sit ex vi-  
uis mortuos reddere, ut infra capite deci-  
mo quinto dicemus: opitulationes nul-  
las habent, qui omnium sanctorum au-  
xilium, subsidia, & intercessiones negant:  
gubernationem nullam, cum caput, ad  
quod

quod confluant nec dum inuenerint. Constantiopolis Lutherani, vt diximus capite vndeclimo: nec Hugonotti in Turcia, vt eodem capite ostendimus. Quo itaque referendi miselli isti? Vtq; ad terram misericordiam falsarum, vt inquit Job 10. 22. & tenebrarum, ubi si propheta umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiter- nus horror inhabitat.

Nonum argumentum, quia nulla in ijs pax, sed radix amaritudinis dominatur, in eis pax quæ teste D. Paulo Hebr. 12. 15. diuinam gratiam & pacem mutuā omnino impedit. Pacem, inquit, sequimini & sanctimoniam, dicitur. Sine qua nemo videbit Deum, contemplantes ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impedit, & per illam inquinetur multi. Cæterū nullā in ijs esse pacem, licet pace proposita vbiq; prius veniāt, ostendimus superiori capite sexto. Non enim est pax impijs, Isai. 48. 22. dicit Dominus. Multo minus falsis prophetis, quorum impietas omne improbitatis genus longè superat. Radicem vero amaritudinis ad summum contemptum omnis magistratus, tam spiritualis quam secularis in Luthero germinasse ostendimus superiori capite 9. Ad extremum etiam centum millia rusticorum pullulasse probauimus cap. 5.

O 2 Hoccl.

Hoccine est Apostolicum sequi dogma! D. Paulo Ephesijs cap 4. v. 31. traditum! **Omnis**, (inquit,) **amaritudo**, & **ira**, & **m-  
dignatio**, & **clamor**, & **blasphemia tollatur** à **vobis cum omni malitia**. Imitantur hi Simonem Magum, cuius reprehensionem, & ad pœnitendum exhortationem à D. Petro factam, sibi quoque dictam sentiant; cùm inquit Actor. 8. 21. *Cor tuum non est rectum coram Deo, pœnitentiam itaq; age ab hac ne-  
quitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim ama-  
ritudinis & obligatione iniquitatis video te es-  
se.* Hunc sequuntur qui psal. 69. 22. dant in escam sanctissimorum sacramentorum insciæ plebeculæ fel, & in siti verbi Dei eam potant aceto. Idcirco hæc dicit Dominus, inquit Ierem. cap. 9. vers. 15. *Deus ex-  
ercituum, Deus Israel, ecce ego cibabo popu-  
lum istum absynthio, & potum dabo eis aquam  
fellis.*

10. Quia Decimum argumentum, quia nihilo non facti sunt gratia illius meliores, ac si nec meliores dum **CHRISTVS** incarnatus fuisset, ex gratia plenus gratia, de cuius plenitudine ac Christi. cepimus omnes. Apparuit enim ut est ad Tit. 2. 11. *gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegātes impietatem*

sem & secularia desideria sobriè & iustè, & piè  
vivamus in hoc seculo, &c. Hinc facile colli-  
ges Christiane lector, quām impiè scripse-  
rit Lutherus contrabona opera. In capti- *Lutherus*  
uitate enim Babylonica capite de Baptis- *contrabo*  
mo ita habet: Vides quām diues sit homo *na opera.*  
Christianus siue baptizatus, qui etiam vo-  
lens non potest perdere salutem quantif-  
cunq; peccatis, nisi nolit credere. Nulla  
peccata enim damnare possunt, nisi sola  
incredulitas, nulla alia via potest homo cū  
Deo cōuenire aut agere, quam per fidē, o-  
pera enim nihil curat, nec indiget. Hæc ibi.  
Quām impiè in assertionibus, assert. 31, in-  
quit. Iustus in omni opere bono peccat?  
Quām impiè assert. 32. asserit. Opus bonū  
optimè factum, est veniale peccatum? Si-  
milia quam plurima varijs in locis apud  
eum inuenies, quæ & piget & pudet auri-  
bus Christianorum ingerere, vt certo cer-  
tius constet, eos huius gratiæ Christi mi-  
nimè esse capaces. Nostram verò Eccle-  
siam huic gratiæ acceptæ respondere inde  
est, quod ipsimet aduersarij fateantur ma-  
iorum nostrorum, etiam ante aduentum  
Lutheri miram pietatem & deuotionem.  
Sic enim aiunt Magdeburgenses Centu-  
riatores, cent. 7. capite 7. pagina 181.

O 3 Eſſ

Et si hoc seculo veri Dei cultus & virtutum officia traditionibus & superstitionibus humani obscurata erant, tamen studium seruendi Deo, & piè iusteque viuendi misera plebecula non defuit. Quantus enim fuit amor pietatis, quantus ardor hominum erga religio nem inde potest estimari quod nullus modus fuit cumulandi opes Ecclesiasticas, precationibus vero adeo fuerunt intenti, ut fere totum diem illi tribuerent, nec Christianus habebatur, qui ignorabat, aut non aliquando recitabat visitas formulas prectionum, præsertim orationem Dominicam, & salutationem Angelicam. Quanta fuerit reuerentia erga ministerium & ministros, quantus concursus ad conciones publicas, dictum est, Magistratibus honorem & reuerentiam exhibuerunt debitam, amicitiae, concordiae & societatis erant studiofissimi, adeo ut offensas & iniurias citra negotium remitterent. In honesta quoque vocatione & labore versari singulis studio fuit. In egenos & pauperes maximè fuerunt liberales, In iudicij quoque & contractibus maximè fuerunt veritatis amantes. Hæc illi. Quibus quid dici ad rem nostram confirmandam manifestius, quid ad aduersarios in hoc punto conuincendos clarius ab illis tradi potuit?

Vndeци.

Vndeclimum argumentum est, quod *ii. Spiritui gratiae contumeliam faciunt, fieri tuis sancto ergo nequit, ut sint sub gratia. Antecedens contumelie euincitur, quod prouocationem ad bona opera negligunt, Dei leges & vota irritant.*

Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem (*fidelis enim est qui repromisit*) & consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: & tanto magis quantum videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis amulatio, que consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysei: sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Hæc D. Paulus ad institutam materiam comprobandam selectissima.

Duodecimum argumentum est, quod gratiam Christi, non modo contemnunt, sed ad turpissima quæq; eadem abutantur:

O 4      id quod

12. gratia  
Christi  
turpissi-  
mè abu-  
tentur.

id quod clarissimè tradidit D. Iudas Apo-  
stolus vers. 4. dicens: *Subintroierunt enim*  
*quidam homines (qui olim prescripti sunt in*  
*hoc indicium) impi, Dei nostri gratiam trans-*  
*ferentes in luxuriam, & solum Dominatorem*  
*Dominum nostrum Iesum Christum negant.*  
**Christum negasse ostendimus capite octa-**  
**uo. Luxuriosum hoc esse nouum Evan-**  
**gelium & libidini quàm deditissimum, se-**  
**quenti capite 17. ostendemus. Et hæc sus-**  
**fecerint ad demonstrandum eos aut non**  
**esse sub gratia, aut eandem cōtemptui ma-**  
**ximo habere: Nunc quid de eorum gula**  
**sit statuendum, dicamus.**



## CAPVT XIII.

### FALSO S PROPHETAS esse gulæ & crapulæ maxi- mè deditos.

Gulæ vi-  
tium quā  
culum.

**E**ST vitium hoc gulæ prô dolor, appe-  
titus scilicet cibi & potus inordinatus,  
habens teste D. Gregorio distinct. 31. cap.  
32. filias sub se quinque: ineptam scilicet  
lætitiam, scurrilitatem, immunditiam, mul-  
tiloquium, & circa vim intelligendi men-  
tis

tis hebetudinem: hæc Adamum & Euam  
paradiso exturbauit, & Esau iure primo-  
geniti priuauit. Hæc maximè in falsis pro-  
phetis dominatur, vt ex parte capite 8. o-  
stendimus. Hi enim ita omnia agunt, ac si  
Deum suum ventrem constituissent, vt  
quidam tempore Philippéum, de quibus  
D. Paulus Philip. capite 3. vers. 18. Mul-  
ti enim ambulant quos sape dicebam vobis,  
(nunc autem & flens dico.) inimicos crucis  
Christi, quorum finis interitus, quorum Deus  
venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui  
terrena sapiunt. Sed vt rectè afferit D. Pau-  
lus I. Corinth. cap. 6. v. 13. *Esca ventri, &*  
*venter escis. Deus autem & hunc & has*  
*destruet.* Sunt enim hæc non nisi cauernæ  
quædam multarum infirmitatum. Non  
enim frustra submonuit Ecclesiasticus ca-  
pit. 37. *Noli audi& es in omni epulatione,*  
*& non te effundas super omnem escam, in mul-*  
*tis enim escis erit infirmitas, & audi& as ap-*  
*propinquabit usq; ad choleram, propter cra-*  
*palam multi obierunt, qui autem abstinent est*  
*adyciet vitam.* Hinc & Seneca in epistolis  
multos morbos multa fercula fecerunt, in-  
numerabiles morbos, innumerabiles co-  
cos numera. Vnde & Saluator rectè monet  
Luc. 21. 34. *Attende, inquit, ne grauentur*

Gulacæ  
sa infir-  
mitatum  
variarō.

O 3 corde

corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & veniat super vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terra. Quod & ipsum Deus, & naturæ nostræ dispositio suadet, quæ hominem sic condidit, ut os quo ingeritur aut cibus, aut potus, non cum cæteris animalibus ad terrā quasi defixum, sed in medio quasi ad latus constitutum sit, ut mediocriter his ad naturæ vires fouendas vtatur, ne si abundantius quam par est, se cibo potuq; ingurgitet, non se tam hominē, quam brutum quoddam animal rationis expers constituat.

*Porcis si-  
miles gu-  
loſi.*

Reddit enim crapula hominem quasi porcum, quorum habitatione delectatur in scripturis sacris, præ cæteris animantibus, diabolus. Nota siquidem est historia hominis illius in terra Gerasenorum, quæ depingit D. Matthæus cap. 8. 28. Marcus 5. 1. Lucas 8. 26. hic oppressus spiritu immundo domicilium habebat in monumbris, quem neque catenis quisquam poterat vincire, quique sæpe catenis & compedibus constrictus, disrupterat catenas, & compedes comminuerat, quemque nemo poterat domare, diu noctuq; in monubris, & montibus aberrans, & concidens se lapidi-

Iapidibus, cui nomen erat legio: quia, vt  
inquit D. Lucas, intrauerat dæmonia mul-  
ta in eum. Dæmones verò ejciendi, nul-  
lum aptius suis sordibus domiciliū à Chri-  
sto petebant quām gregem duorum mil-  
lium porcorum, in quem certo diuinæ sa-  
pientiæ iudicio immissi, per præceps abie-  
runt in mare, & suffocati perierunt: sic de-  
diti crapulæ, quorum os semper ad terram  
& cænosas voragini tendit, qui olim a-  
pud nos nutriebantur croceis sanctissimo-  
rum sacramentorum cibis, transfugæ fa-  
cti, quòd de filijs Ierusalem queritur Ier.  
Thren. 4.5. amplexati sunt stercora, &  
facti sunt sicut Babylon, Ier. 51.37. Habi-  
tatio draconum, draconum inquam infer-  
nalium, quis verò crediderit CHRISTVM  
Dominum illam sapientię, pretiosam il-  
lam Euangelicæ doctrinæ margaritam,  
quam qui inuenit homo, Matth. 15. 46 præ  
gaudio vendit omnia quæ habet, & emit  
eam, tam immundis & gulosis porcis ne di-  
cam canibus commisisse? De quibus Isaias  
queritur cap. 52. 11. quod nescierunt sa-  
turitatem, apud quos nec temporis sancti-  
oris vlla est ratio, neq; ciboru vllus est de-  
lectus, sed tantum vt est apud Isaiā c. 22. 13.  
gaudium & latitia occidere vitulos (tum  
cum

Vtrū huī  
insmodi  
porcis  
Christus  
cōmiseris  
Euangelij  
thesaurū

## 188 'DE FALSIS PROPHETIS,

cum Dominus vocat ad fletum & ad planum & cingulum facci) & ingulare arietes, comedere carnes & bibere vinum, comedamus & bibamus, cras enim moriemur, cum Sodomititis scilicet, quorum hanc fuisse iniquitatem scribit Ezechiel capite 16. vers. 49. Ecce, inquit, hac fuit iniquitas Sodomeæ sororis tuae, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium illius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant. His inquam porcis commisisset Euangelicæ Sapientiæ thesaurum, quem Christus in D. Iohanne solis locustis & melle silvestri vescente, pilis camelorum, & zona pellicea præcincto inchoauit, & Christus ipse quadraginta dierum continuo ieiunio præmisso condidit, & per Apostolos prævio *hanc* ieiunio Actor. 13. ad nos usque transmisit? Frustra ergo cauit Matth. 7. 6. ne demus sanctum canibus, frustra ergo, ne mittamus Margaritas ante porcos, ne conculent eas pedibus, & conuersi disrumpant nos. Cæterum huiusmodi Epicuri de grege fuisse Lutherum, ostendunt filiae huius gulæ, quas supra initio attigimus, potissimum verò inepta eius lætitia, scurrilitas & multiloquium, quibus scatent omnia penne eius scripta, maximè verò liber ille locuple-

*Lutheri  
filie gulæ  
conueniunt*

cupletissimus, & scurrilitate refertissimus sermonum conuiualium, qui solus abundantiam cordis eius praui satis superq; indicat, si tamen fidem habemus Christo Domino Matth. 12. 34. dicenti, Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur: & Lucæ 6. 46. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malū. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Immunditiam autem vita eius libidine plena testatur quæ stupendo etiā pseudomiraculo confirmata fuit, quod sci licet præter omnem naturæ viam, & philosophorum & medicorum sententias Catarina eius tertio ab initis sacrilegis nuptijs mense primogenitum suum peperit. Obstupescite obstetrics, & nouum pariendi genus, ne posteritati excidat, secretis mulierum pro appendice adiungite. Præter hos ita crapulæ deditos præcipuos noui Euangelijs præsides, sunt & alij in eorum numero, qui licet se à crapula contineant, exquisitoribus tamen cibis gulæ suæ subserviunt, quam par esset, eos dico, qui nostræ auctæ religionis rationes innouare coñatur; & nescio quas nouas & adulterinas

Christia-

Miracula  
in ma-  
trimonio  
Lutheri.

Exquisi-  
ti cibi fal-  
sorū pro-  
phetarū.

Christianas institutiones ignaræ plebeculae obtrudere. Hinc est quod nusquam terrarum ita viguerunt studia conuiuorum, crapulæ, abdominis, & excitandæ Venetis, atque per eos in varijs nationibus introducta sunt: sic ut tradat de lōgē dissitis à nobis nationibus, doctissimus ille sacræ Theologiæ quondam in Collegio Pontificio Anglorum apud Remenses professor Guilhelmus Reginaldus Anglus lib. 2. Caluino turcismi, folio 234. ministros verbi in Scotia quotidie nouas artes excoigitare, quibus carnem irritent, atq; ad libidinē incendāt: alios ad macerandas carnes bubulas pipere loco salis, alios alijs artificijs semetipsos ad Venereas cupiditates fortiter exercendas extimulare. Geneuenses & Heluetios ministros ignauos ventres asserit, & potius passuros cælum terræ miseri, quām vt molestiam aliquam ventri suo afferant. Ioannem verò Caluinum Calvinisticæ religionis facilè principem & architectū magna cura & diligentia sibi prouidisse, vt nihil haberet in mensa, nisi egregium, & singulare; & exquisito studio operare præparatum panem ex optimo frumento, admisto saccaro, cinnamomo, & aqua rosacea confectum, qui per Antonius masiam

masiam Calvinianus panis dicebatur. Vi-  
num item maximè selectum & nobile, car-  
nes lautissimæ, quocunq; etiam pretio e-  
mebantur, ad eius mensam præparaban-  
tur: præter salgama quædam, & composi-  
tiones exquisitas ex aromatariorum offi-  
cinis depromptas. Hæccine sunt nostro-  
rum verorum prophetarum, qui absti-  
nentia summa & sanguine sancto Christi  
Euangelium testati sunt, vestigia? Hæc-  
cine respondent Euangelicæ pœnitentiæ?

Hæccine naturæ communes leges ab Ec-  
clesiastico capite 29. traditæ stabiliunt?

*Initium (inquit) vita hominis aqua & panis*  
*& vestimentum, & domus protegens turpu-*  
*dinem. Nobilissimi olim gentiles, solius*  
*naturæ legibus ducti, maxima cum sobrie-*  
*tate vitam agebant, & comedebant in pla-*  
*teis publicè, ut alij eorum exemplo ad fru-*  
*galitatem, & sobrietatem amplexandam*  
*allicerentur, testis Valerius Maximus lib.*

2. cap. I. *Maximus, inquit, viris prandere*  
*& canare in propatulo, verecundia non erat:*  
*nec sane villas epulas habebant, quas populi*  
*oculis obijcere vererentur: erantq; adeo con-*  
*tinentiae intenti, ut frequentior apud eos pul-*  
*lum quam panis usus esset. Hæc ille. Li-*  
*cet vero id tum non coacte fecerint ma-*  
*iores*

Gentiles  
quam so-  
briè vi-  
xerint.

129 DE FALSIS PROPHETIS,

iores nostri, sed ut exemplo suo allicerent  
ad temperantiae studium: quidam tamen  
sapientissimi legum latores de hac re cer-  
tis legibus statuerunt. Exemplo est Ly-  
curgus Lacedæmoniorum princeps teste  
Togo Pompeio lib. 5. qui suis legibus po-  
pulum publicè conuiuari mandauit, parsi-  
moniam omnibus persuasit laborem mi-  
litiae, existimans assidua frugalitatis con-  
suetudine faciliorem esse, ut recte scripse-  
rit sapientissimus Boetius lib. 2. de conso-  
latione philosophiae metro 5. complectens  
& cibi, & potus, & in vestibus certam mo-  
derationem.

Fælix nimium prior et as  
Contenta fidelibus aruis,  
Nec inertis perdita luxu  
Facili qua seras solebat  
Ieiunia soluere glande,  
Nec Bacchica munera noras  
Liquido confundere melle,  
Nec lucida vellera Serum  
Tyrio miscere veneno,  
Somnos dabat herba salubres  
Potum quoq; lubricus amnis.

Et Ouidius in Fastis meminit, veteres me-  
ro lacte & herbis olim vicitasse. Solarum  
herbarum

Lutheri  
Lycurgi  
lex tem-  
peratia.

herbarum meminerunt sacræ literæ. Ecce Lex dicitur  
enim, inquit Dominus Gen. 1. 29. dedi vobis eadē  
bis omnem herbam afferentem semen super terram.  
terram, & uniuersa ligna quæ habent in se-  
metipsis sementem generis sui, ut sint vobis in  
escam, & cunctis animantibus terræ, &c. ut  
habeant ad vescendum. Cæterum hæc crâ-  
pula certissima via est ad omnia flagitia, &  
ad hæresin tandem : sicut enim dum so-  
lis herbis victitabant, nulla ætas erat bre-  
uior : sed diuturna admodum, mille penè  
annos contingens, erantque homines ea  
pietate, ut propter sancta seruitia Deo sin-  
gulari pietate præstata à Domino raperen-  
tur : quemadmodum in Enoch & Helia  
meminit sacra scriptura, Gen. 5. 24. 4. Re-  
gum 2. 11. sic postmodum vbi maior liber-  
tas conuiuandi & comedendi data fuit, Ge-  
nes. 9. 3. ita ut omne quod moueretur &  
viueret cederet in cibum hominum, eaq;  
ut olera virentia comedenter, tandem cō-  
flauerunt vitulum; & immutauerunt glori. in  
Dei, in similitudinem vituli comedentis fœ-  
num: & statuerunt sibi idolum, & solenni-  
tatem Domini, præconis voce conclama-  
runt Exod. 32. dicentes. Hi sunt Dii tui  
Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti, &c.  
surgentesq; mane obtulerunt holocausta &

Vitulus  
in Oreb

P

hostias

hostias pacificas, & sedit populus manducare,  
& bibere, & surrexerunt iudere. Quem lu-  
sum postmodum vers. 28. consecuta est ad  
imperium Moysis cædes triginta trium  
millium hominum. Ac primò quidem,  
vt est Deuteron. capite 32. versu 12. Do-  
minus solus dux eius fuit, & non erat cum eo,  
scilicet populo Israel, Deus alienus. Consi-  
tuit eum super excelsam terram, ut comederet  
fructus agrorum: & sageret mel de petra, ole-  
umq; de saxo durissimo. Buiyrum de armen-  
to & lac de ouibus, cum adipe agnorum,  
& arietum filiorum Basan. Et hircos cum  
medulla tritici, & sanguinem vne biberet  
meracissimum. Sed mox sequitur: In-  
crassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassat-  
us, impinguatus, dilatus. Dereliquit Deum  
factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.  
Pronocauerunt eum in Diis alienis (ecce ido-  
lolatriam) & in abominationibus ad iracun-  
diam concitauerunt. Immolauerunt Damonis  
& non Deo, Diis quos ignorabant: Noni re-  
centesq; venerunt, vt superius capite secun-  
do ostendimus. Ex hac enim gula, non  
tantum corpus ipsum, sed & anima ita in-  
crassatur, vt ad diuina omnia intelligendi  
vis hebes reddatur. Inuenti enim sunt,  
inquit Dominus Ierem. capit. 5. vers. 26.

in po-

in populo meo impi, infidiantes quasi au-  
cupes, laqueos ponentes & pedicas ad capien-  
dos viros. Sicut decipula plena auribus, sic do-  
mus illorum plena dolo, ideo magnificati sunt  
& ditati. Incrassati sunt & impinguati: &  
præterierunt sermones meos pessime. Tales Iu-  
dæi Matth. capit. 13. vers. 13. *Auditu*, in-  
quit CHRISTVS, auris audietis & non in-  
telligetis: & videntes videbitis, & non vide-  
debitis. Incrassatum est enim cor populi hu-  
ius, & auribus grauiter audierunt, & oculos  
suos clauerunt; ne quando videant oculis, &  
auribus audiant, & corde intelligent, & con-  
uertantur, & sanem eos. Similia D. Paulus  
Actor. 28. 27. iisdem Iudeis Romæ obij-  
cit. Sed hi luent gladio Domini, qui Isa. 34.  
6: *repletus est sanguine, incrassatus est adipe.*  
Ad tanta pericula merito exhorrescat qui-  
dam delicatores religiosi, qui ad sanctio-  
ris disciplinæ studium vocati, ad ieunia,  
ad ciborum temperantiam, vbi sub pien-  
tissimis sanctissimorum ordinum patriarchis  
aliquandiu aliqua pietatis spe vixe-  
runt, ad laqueos gulæ citius quam animad-  
uertere queant, à Dæmone incauti pertra-  
huntur, & vescuntur non secus ac Adam  
& Eua in paradyso. Qua quidem in re  
sunt præ cæteris insolentiores ij, qui

P 2      infimo

infimo quodam genere procreati sunt.  
Hi siquidem superiōbus suis maiores  
molestias semper exhibent, quām ditiores, mā  
ximē vbi nonnihil literarum didicerint,  
tum enim non tam religiosos quosdam a-  
gunt, quām medicos. Adducunt placita Ga-  
leni, Aphorismos Hippocratis, quib⁹, quā-  
uis diuersa ab istis bonis & doctissimis me-  
dicis sententia, gulam suam contra simpli-  
ciores cibos tueantur, quos D. Bernardus  
sermone 30. super Cantica tali penicillo  
depingit. Tu quoq<sub>3</sub>, inquit, si propriam de-  
ras voluntatem: si corporis voluptatibus per-  
fecte renunties: si carnem tuam crucifigas cum  
vitijs & cōcupiscentijs: sed & mortifices mem-  
bra tua, quae sunt super terram: probabis te  
Pauli imitatem, qui non facies animā tuam  
preiostorem teipso: probabis & Christi disci-  
pulum, et iam illam perdendo salubriter. Et  
quidem prudentius eam perdis ut custodias,  
quām custodis ut perdas. Nam qui voluerit  
animam suam saluam facere, perdet eam.  
Quid hīc vos dicitis obseruatores ciborum, mo-  
rum neglectores? Hippocrates & sequaces eius  
docent animas saluas facere in hoc mundo:  
Christus & eius discipuli perdere. Quemnam  
vos ē duobus sequi magistrum eligitis? At  
manifestum se facit qui sic disputat: hoc occi-  
lis, hoc

lis, hoc capiti, & illud pectori vel stomacho non  
cet. Profecto unusquisq; quod a suo Magistro  
didicit, hoc in medium profert. Num in Euani-  
gelio legisti has differentias, aut in prophetis,  
aut in literis Apostolorum? Caro & sanguis  
pro certo reuelauit tibi hanc sapientiam: non  
spiritus Patris. Est enim carnis haec sapientia.  
Sed audi quid de ipsa nostri medici sentiant.  
Sapientia, inquiunt, carnis mors est. Item, sa-  
pientia carnis inimica est Deo. Num Hippo-  
cratis, seu Galeni sententiam, aut certe de  
schola Epicuri debui proponere vobis? Christus  
sum discipulus: Christi discipulis loquor. Ego  
si peregrinum dogma induxero, ipse peccauit.  
Epicurus atq; Hippocrates corporis, alter vo-  
luptatem; alter bonam habitudinem præfekt;  
meus magister utriusq; rei contemptum præ-  
dicat. Anima in corpore vitam, quam sum-  
mo studio iste unde sustentet: ille unde & de-  
lectet, inquirit, atq; inquirere docet: Saluator  
monet & perdere. Quid enim tibi aliud de  
Christi auditorio sonuit, cum paulo ante cla-  
matum est, Qui amat animam suam perdet  
eam? perdet eam dixit: sine ponendo ut Mar-  
tir: sine affligendo ut pœnitens. Quanquam  
genus martyrii est, spiritu facta carnis morti-  
ficare: illo nimurum quo membra ceduntur fera-  
ro, horrore quidem mitius: sed diuturnitate.

P 3 molestius.

molestius. Videsne hac sententia magistri  
mei carnis sapientiam condemnari: per quam  
utiq<sub>z</sub> aut in luxum voluptatis diffluitur; aut  
ipsa quog<sub>z</sub> bona valetudo corporis ultra quam  
oporteat appetitur? Deniq<sub>z</sub> quod vera sapi-  
entia in voluptates non effluat, audisti profe-  
ctio à sapiente: ne inueniri quidem hanc in  
terra suauiter viventium. Qui autem inue-  
nit, dicit, Super salutē & omnem pulchritudi-  
nē dilexi sapientiā. Si super salutē & pulchri-  
tudinē; quanto magis super voluptatiē & tur-  
pitudinem? quid vero prodest temperare à  
voluptatibus, & inuestigandis diversitatibus  
complexionum: ciborumq<sub>z</sub> varietatibus ex-  
quirendis quotidianam expendere curam?

*Querelæ Legumina, (inquit,) ventosa sunt, caseus sto-  
delicato- machum grauat, lac capiti nocet, porum aqua-  
rum reli- non sustiner pectus; caules nutriunt melancho-  
giosorum liam, cholera m porri accendunt, pisces de sta-  
gno aut de luto sa aqua mea penitus complexio-  
ni non congruunt. Quale est hoc ut in totis  
fiumijs, agris, hortis, cellarisue reperiri vix  
possit quod comedas? Putate queso Mona-  
chum esse non medicum: nec de complexione  
indicandum, sed de professione. Parce obsecro  
primum quidem quieti tuae. Parce deinde  
labori ministrantium, parce grauamini do-  
mhus, parce conscientia: conscientia dico nō tute,  
sed*

sed alterius, illius videlicet, qui prope sedens & edens quod sibi apponitur, de tuo singulari sciunio murmurat. Scandalo quippe est ei, aut tua odiosa supersticio, aut duritia: quam forte putat illius, qui tibi habet prouidere. Scandalizatur, inquam, in tua singularitate frater, indicans te superstitosum tanquam superflua queritatem; aut certe me durum causans, qui non perquiram vidui tuo necessaria. Hæc mellifluus & nobilissimus ille cum tribus nobilibus fratribus suis Bernardus, qui nulla egestate, sed solo diuini seruitij zelo Monasterij, ea in prælatura constitutus professus Abbas & vidi, & notauit, & cauenda monuit. Hi siquidē primi sunt gradus, quibus homo incrassatus mente ad apostasiam deducitur, & cum tota domo vt filijs & filiabus Iob indies coniuantibus, & vinum bibentibus contigit, ab inimico humani generis obruitur Iob. capit. 1. vers. 18. atque adeo cum diuite epulone quotidie viuente splendide Luc. capite 16. vers. 19. implacabili fame, & aridissima sempiterna siti cruciandus in barathrū præcipitatur. Habentes ergo alimenta, vt monet D. Paulus 1. ad Timoth. capit. 6. & quibus tegamur, his contenti simus.

Quæ-

Quæ vtraq; qualia apud D. Petrum Apo-stolum fuerint, refert ex D. Petri verbis selectissimus eius discipulus Clemens Ro-manus lib. 7. Recognitionum ad Iacobum fratrem Domini. Sed fortasse, inquit, quamvis mecum positus videaris non agnoueris vi-cam meam: panis mihi solus cum oliuis, & ra-to etiam cum oleribus in usu est. Indumentum autem hoc est mihi, quod vides, tunica cum pallio: & hæc habens nihil aliud requiro, hoc mihi sufficit, quia merces mea non ad hæc præ-sentia, sed illa qua æternas sunt aspicit, & ideo nihil me rerum præsentium & visibilium dele-ctat. Hæc D. Petrus. Sunt & alij ita gulæ dediti, ut benedictionem cibo potuq; à sa-

*Falsi pro-phetae nō nedictio-nis factā.* cris literis debitam à sacerdotibus legiti-mis præsentibus non ferant, cuius rei præ-ferunt be-clarum exemplum refert D. Gregorius Turoñensis Episcopus lib. 1. de gloria plu-nē cibi à rimorum Martyrum cap. 80. de quodam hæreticorum presbytero, qui in conuiuio consignatione ciborum præuertere volens Catholicum presbyterum, illiq; illudere, diuina vltione interijt. Historia hæc est. Semper Catholicis inimica est hæresis, & ubi cunque potuerit tendere insidias, non omittit: sicut illud est, quod quodam loco factum cele-bris fama refert. Mulier quedam erat Ca-tholica

cholica habens virum hæreticum : ad quam  
cum venisset presbyter nostra religionis valde  
Catholicus, ait mulier ad virum suum : Rogo  
charitatem tuam, ut pro aduentu huius sacer-  
dotis qui me visitare dignatus est, letitia ha-  
beatur in domo nostra, ac preparatum dignis  
impendijs prandium, epulemur cum eo. Pro-  
mittente autem viro eius, sic se ut illa fla-  
gitabat, facturum, aduenit & alius here-  
ticorum presbyter : dixitq; vir mulieri, du-  
plicata est hodie letitia, eò quod sint sacerdo-  
tes utriusq; religionis in domo nostra. Discum-  
bentibus autem ad coniunum; vir ille cum  
presbytero dexter & partis cornu occupat, Ca-  
tholicum ad sinistrum statuens : positaq; ad la-  
tiam eius sellula in qua coniunx eius desideret :  
dixit vir ad presbyterum hæreticum ; Si con-  
senseris dictioribus meis exerceamus hodie ca-  
chinnum de hoc Romanorum presbytero, ut iniuria  
scilicet apposito ferculo, tu celerius signare fe- ikata  
stines ; cumq; ille manum posuerit, illo tristante Romano  
te, nos cum latitia comedemus. Cui ille faciam, presbyter  
inquit, quod præcipis, denique veniente dis- ro in be-  
co cum holeribus, signauit hæreticus : posuitq; nedicen-  
manum suam, quod cernens mulier, ait : Ne do ciba-  
feceris, quia ingratè fero iniuriam sacerdotis.  
Et exhibito alio cibo sumpsit Catholicus, in se-  
cundo vero & tertio ferculo similiter fecit hæ-

P S                    reticus

reticus, quarto autem exhibito, cuius in medio  
jartago feruens aduenerat, in qua compositum  
erat cibus ille, qui ex collisis ovis parū permixta  
farina, dactylorum partibus, olinarumq,  
rotunditatibus assolet exornari: hereticus fe-  
stinans priusquam ferculum illud vel mensam  
tangeret, eleuata in obviam manu, signat,  
statimq, positum cochlearium sumit, non in-  
telligens an caleret feruentemq, cibū infeliciter  
inglutinuit; protinus accenso pectore astuare  
cœpit, emissq, cum suspirio, immenso ventris  
strepitu, nequam spiritum exhalauit, ablatusq,  
de conuinio, locatus in tumulo, terrena molu-  
congerie est opertus. Tunc exultans presbyter  
nostræ religionis, ait: Verè ultus est Deus ser-  
uos suos, & conuersus ad virum, cuius erat  
conuinuum, dixit: Perit huius memoria cum  
sonitu, & Dominus in eternum permanet: tu  
vero appone quod comedam. Tunc homo ille  
pereterritus expleto conuinio prouolutus est ad  
pedes presbyteri, conuersusq, ad fidem Catho-  
licam, credidit cum domo sua, quæ in hac per-  
fidia tenebatur, & multiplicata est latitia, si-  
cut prius mulier flagitauerat.

Hæc sanctissimus ille Gregorius Turo-  
nensis, qui in Gallijs vitam agens circa an-  
num Domini 580. præclarissima quæque  
miracula SS. Martyrum & Confessorum  
poste-

posteritati consecrauit. Aliam certè benedictionem promeruit manus S. Osvaldi Anglorū regis, qui benedictionem paßim expectauit, antequā liberalissimè victum præberet de regali sua mensa pauperibus. Qua de re sic Venerabilis Beda lib. historiæ Anglicanæ cap. 8. S. Osvaldus, inquit, regni amplissimi culmine sublimatus, quod dictu mirum est, nihilominus pauperibus & peregrinis, semper humilis, benignus et largus fuit.

Fertur enim quòd tempore quodam cum die sancto Paschæ cum Aidano Episcopo consedisset: ut prandium sumerent, positusque esset in mensa coram eo discus argenteus regalibus epulis refertus: iamque essent manus ad panem benedicendum missuri, intravit subito minister ipsius, cui suscipiendorum in opum erat cura delegata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum undecunque adueniens maxima per plateas sederet, postulans aliquid eleemosynæ a rege.


Qui mox dapes sibi appositæ deferri pauperibus iussit: sed & discum confringi, atque iisdem minutatim diuidi præcepit. Quo viso Pontifex qui assidebat, delectatus tali fasto pietatis, apprehendit dexteram eius, & ait:

Nunquam

S. osvaldus  
pietas ero

ga panpe  
res.

Nunquam inueterascat hæc manus. Quod ita iuxta votū benedictionis eius euenit. Nam cùm imperfecto illo in pugna, manus in brachio à cætero esset corpore resecta, contigit ut hæc manus incorrupta perduret. Deniq; in urbe regia, quæ à Regina quondam vocabulo Bebba cognominatur, loculo inclusa argenteo, in Ecclesia S. Petri seruatur, ac digno à cunctis honore veneratur. Atque hæc de falsorum prophetarum gula & crapula, & verorum prophetarum abstinentia dicta sufficient, Nunc sequentia vitia examinemus.



## CAPVT XV.

## FALSOS PROPHETAS esse homicidas.

*Veri prophetæ & co-* **V**T verorum prophetarum semper fuit omni studio conatuq; eò tendere, vt mortem hominibus à Deo intentati boni exhortationibus & vaticinijs ad populum arctioris vitæ propriæ exemplo & ostineritu rationis ad Deum Opt. Max. quasi asservare, secus prophetarum semper quasi proprium fuit, plenum à se ad perfidiam pertractam ad malum quasi carnificinæ mactandam cogere.

gere & deducere. Neque dissimili studio erga mortuos ad vitam reuocandos, & vi- uos morti destinandos fuisse, probandum iam erit. Quis verò est, quod primum & potissimum sit in hoc negotio, qui non vi-deat, nunquam homicidia sub falso vatici-nio falsorum nostrorum prophetarum, magis quām iam viguisse: & tempora O-sex veri prophetæ longè superasse? qui capite 4. statim sub initium, sic iniuriam suorum temporum commemorat. *Au-*  
*dite verbum Domini filij Israel, quia iudi-*  
*cium Domino, cum habitatoribus terræ; non*  
*est enim veritas, non est misericordia, & non*  
*est scientia Dei in terra, Maledictum & men-*  
*dacium, & homicidium, & furtum, & adulte-*  
*rium inundauerunt, & sanguis sanguinem te-*  
*tigit. Quid hic est apud Oseam, quod à*  
*nostris temporibus discrepat, & maximè*  
*in homicidijs perpetrandis, quæ D. Pau-*  
*lus Galat. 5. 21. inter opera carnis, quæ ab*  
*aditu regni cælestis arcent, planè recenset,*  
*sicut D. Ioannes Apo. 22. 15. Quo quidem*  
*in genere primò ij recensentur, qui vel ma-*  
*nu, vel consilio, vel consensu sanguinem*  
*humanum præter consueta sacri Romani*  
*Imperij & Christianorum Regum & Prin-*  
*cipum iura fundunt. Non enim tantùm,*

*Homici-  
dia nostri  
temporis  
varia.*

*i. Genus  
homicida  
rum qui  
manu ,*  
*vt in-*

ut inquit D. Paulus, qui faciunt homicidia & similia, digni sunt morte : sed & qui cōsentient facientibus ea, Rom. 1. 32. Manibus proprijs nostri seculi Anabaptistas talia attentasse Sangallis & Monasterij, superius capite 5. ostendimus. Quibus addi potest præclarum facinus aliud , quod sequenti decimo septimo docebimus, ubi illorum libidinem & luxuriam describemus. De excitato per Lutherum Rusticorum tumultu, cūius belli duces Sebastianus Munsterus & Phiferus fuerunt: & summa clade centum millium rusticorum in eodem conflictu, diximus ibidem: sicut & quomodo hortatus sit Christianos Principes, ut manus suas lauent in Pontificum Romanorum, quos propter auctoritatem maximos, propter functionem sanctissimos semper nominauimus : & Cardinallum sanguine. Quām verò sanguinolentus in simili genere fuerit etiam in principes & Magistratus ciuiles Thomas Monetarius in epistola ad suos sectatores missa, quo melius posteritati constet, libet ex ipsius Lutheri scriptis adiungere verba ipsa, quæ Lutherus tomo tertio Germanico folio 132. ita ponit. *Nolite pusillanimos esse, nolite peruersis istis phantasticis & sceleratis nebulo.*

*Thome  
Monetae  
rij cruen-  
tus ani-  
mus, cui  
patroci-  
natur Lu-  
therus.*

nebulonibus (principes & Magistratus intel-  
ligit) diutius adulari: Incipite & pugnate  
primum Domini, iamdudum tempus est: ad-  
hortamini fratres vestros omnes ad hoc, ut diui-  
num testimonium non irrideant, alioquin omnes  
peribunt. Tota Germania, Gallia & Italia cō-  
mora est, Magister vult ludum ludere, per-  
eundum est sceleratis nebulonibus, &c.

Verū agite nunc, agite, agite, tempus  
est. Nebulones isti valde vecordes sunt ut can-  
nes, incitant fratres ut ad pacem veniant, &  
commodum testimonium reddant: agite, agi-  
te, agite ne mouerimini misericordia. Etiam-  
si Esau vobis bona verba proponat Genes. 33.  
Rogabunt vos tam amicè, deprecabun-  
tur, flebunt ut pueri. Nolite misericordia  
moueri, ut Deus per Moysen mandauit  
Deut. 17. & nobis quoque idem manifestauit,  
&c. Agite, agite, agite dum ignis calet, cu-  
rate ne ignis vester a sanguine frigescat, fa-  
bricamini pincē pance super incude Nimbrod:  
deicyte illis turrim. Non est possibile ut tam be-  
liberi sitis à timore hominum, quandiu vi-  
stiam.  
nunt isti non potest vobis aliquid dici de Deo,  
dā illi vobis dominantur. Hæc ille pro singu-  
lari sui Euangelij humanitate & clementia.

Capit me verò non minima admiratio,  
quomodo hic per incudem intelligat  
Nimbrod

*Tubalcain faber.*

*Incus falsorū prophetarū qua.*

Nimbrod, quem sacræ literæ nullibi afflērunt fabrum ferrarium fuisse, sed expresse venatorem coram Domino robustissimū, ut est Gen. 18. 89. Nec minus miror, eum non potius mentionem fecisse Tubalcain filij Sellæ, qui Genes. 4. 22. fuit malleator & faber in cuncta opera æris, & ferri: sed eo in loco nulla incudis fit mentio. Verrendum enim ne is, qui tales incudem sollicitat, ad Leuiathan officinam aliquando rapiatur, & eiusdem incudi egregiè concutiendus subiiciatur: cuius cor Iob. 41. 15. indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Neq; huius officinæ, flamma ignis, vñquam deesse poterit, cum de eodem versu 8. dicatur. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius ut palpebra diluculi. De ore eius lampades procedunt sicut teda ignis accensæ. De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensæ atq; feruentis, Halitus eius pruinas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Hic certissimus erit artifex, in cuius include egregiè resonabit falsorum prophetarum pincede pance.

*2. Genus* Secundum locum inter homicidas te homicida nēt, qui intestino & vatiniano quodam orum qui dio feruntur in proximum suum, id quod intestino clarè satis D. Ioannes testatur, cùm in pri-

ma epistola cap. 3. 14. *Nos scimus quoniam odio ferū translati sumus de morte ad vitam, quoniam tur in p̄ diligimus fratres. Qui non diligit: manet in ximur. morte. Omnis qui odiit fratrem suum: homicida est, & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se metipso manentem.* Quod verò grauius odium ex cogitari potest, quām id quod superiori capite quinto Luthero inesse probauimus? Quo certè in crimine parum cedit improbitati Iudeorum, qui Barrabam virum homicidam petierunt sibi dari Acto. 3. 4. & 7. 52. auctorem verò vitæ Christum Dominum in infamem crūcem egerunt. Erat enim Barrabas homicida & latro, & propter seditionem concitatam abductus ad carceres Luc. 23. 19. 25.

## 3. Genus

Tertium locum inter eosdem tenent, quia Sa qui quocunq; tandem nomine Diaboli de tanæ desiderijs satisfaciunt, & sic se filios Satanæ derijs quo constituunt ac prosus filij sunt homicidæ. cung, mo Si enim Elisæus propheta 4. Reg. c. 6. 32. do satis Ioram Regem Israel rectè vocavit filium faciens. homicidæ dicens. *Nunquid scitis quòd misericordia filius homicida hic, ut præcidatur caput meum?* Meritò nos homines hos & homicidas, & filios homicidæ nominabimus. Hinc CHRISTVS Ioan. 8. 44. *Vos, inquit,*

Q

ex pē-

ex parte Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Qui ergo sequuntur opera Diaboli, homicidæ sunt. Falsi prophetæ ea sequuntur, quia decipiunt ut Diabolus, vt superius capite 5. ostendimus: sunt ergo homicidæ.

## 4. Genus

*eorū qui  
subtrahunt  
aliquid pa-  
rentibus  
suis.*

## 5. Genus

*eorū qui  
vinos  
morti de-  
stinent.*

Quartò tales sunt qui sine villa conscientia alicuius peccati, subtrahunt alii quid parentibus suis. De quibus Sapiens Proverb. 28. 24. *Qui substrahit aliquid à patre suo, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicida est.*

Nostros verò falsos prophetas plurima Deo Optimo Maximo communione omnium nostrorum patri & Ecclesia Catholicæ Matri, furto etiam & rapina subtraxisse, satis superq; superiori cap. 5. & 12. ostendimus. Conuincitur ergo inde, eos esse homicidij participes. Est & quintum & nouum, & hactenus inauditum homicidarum genus, eorum scilicet, qui viuos simulata sanctitatis & miraculorum specie morti destinant. Erat olim prophetarum verorum tanta erga proximum pietas & in Deum fides, vt eorum meritis mulieres, vt D. Paulus Heb. 11. 35. loquitur,

acce-

acciperint de resurrectione mortuos suos *Versi pro-*  
Sic Helias 3. Regum 17. 19. excitat à mor- *phetae*  
tuis filium viduę in Sarepta Sidoniorum, *mortuos*  
licet iusto Dei iudicio prophetas Baal 3. *excitant.*  
Reg. 18. 40. internecioni dederit, & eius  
imperatione ignis cælitùs demissus duos  
principes quinquagenarios cum 100. mili-  
tibus 4. Reg. 1. 16. absumperit. In simili  
tamen petitione, voto D. Ioannis & Iaco-  
bi Apostoli Saluator noster in nouo testa-  
mento minimè annuit, Lucæ 9. 54. Sic  
Elisæus cùm in viuis esset, ad vitam reuo-  
cauit 4. Regum 4. 35, filium Sunamitidis:  
Vita verò functus, ad solorum ossium ip-  
sius contactum reuixit mortuus, & stetit  
supra pedes suos, 4. Reg. 3. 21. Ecclesiasti-  
ci cap. 48. vers. 13.

His non dissimiles fuerunt in no-  
uo testamento D. Petrus & Paulus: quo-  
rū illi in ciuitate Lydda excitauit Dorcā,  
Actor. cap. 9. 40. hic Eutychum Troade,  
Actor. cap. 20. vers. 9. & quam plures alij,  
vt D. Stephanus, D. Martinus & D. Be-  
neditus, cæteriq; insignis sanctitatis viri.  
Noui verò pseudoprophetæ, qua virtu-  
te valeant viuos morti dedere, id primò  
satis constat, & ex facto Iohannis Calui-  
ni facile elicies.

Q. \*

Quæda

*Caluini  
in mortu  
is excita  
dis falla  
ssia.*

Quendam Brulæum Ostunensem eò deduxit, ut se mortuum simularet, qui tandem cùm ex composito à Caluino suscitandus esset, diuina vltione percussus, verè mortuus apparuit. Rei historiam sic ab Hieronymo Bolseco in vita Ioannis Caluini capite 13. & à Reverendo sanctissimæ memoriae Laurentio Surio Carthusiano mihi olim à pueris notissimo in commentarijs suis Rerum in orbe à tempore Caroli V. gestarum sic narratur.

Brulæus Ostuno Genueam vigentis illic religionis studiosus demigrarat, & cum inops esset atq; pauper, uterq; ipse & uxor Caluini gratiam aucepabantur, ut ei commendati, pœcunia pauperum, cuius ipse loculos gestabat, eleemosynarumq; fierent participes. Eis vita subsidia Caluinus benignè pollicetur, alijsq; in rebus se adiuturum promittit, si ipsi contrâ suam operam sibi non negarent ad rem quan- dam, quam per eos fieri vellet: sed opus esse fidem & magna taciturnitate. Vicissim autem illi ad hoc, quod in bere vellet, promptos se offerunt: & quemadmodum à Caluino edoctus instrui etusq; fuerat Brulæus, morbum simulat & se in lectum abiicit. Ministri pro concione populo commendant, ut precibus iuuarent & eleemosynis paupertati succurrerent. Non diu post

post personam mortui induit, & quidem mortuum se simulat. Hinc Calvinus clam admonitus, quasi tamen omnium rerum ignarus, deambulatum prodit: sed comitatus pro more suo magna caterua amicorum, qui ipsi singulatiter coniuncti & summe intimi essent, sine quibus vix pedem domo efferebat. Postquam autem eò ventum esset, ubi clamores & iacula uxoris, qua misellam & desolatam aliquam mulierē egregiè exprimebat, exaudiret: quidnam hoc esset sciscitatus, domum ingreditur ubi in genua ipse, & reliqua caterua prouoluitur precibusq; alta voce profusis Deum obtestatur, potentiam suam ut declarare, & mortuo huic vitam restituere, gloriamq; suam sic universo populo declarare vellet, simulq; manifestum facere se Caluinum peculiarem sibi gratum seruum esse: & à se ad Euangeliū sui ministerium atq; Ecclesiæ reformationem singulariter & verè vocatum. Post quas preces ad mortuum appropinquat, & miseri hominis manu apprehensa in Dei & filij eius Domini nostri Iesu Christi nomine imperat, ut se erigeret, Deique sic gratiam manifestam faceret. Repetit iterum, sèpiusq; eiusdem sermonis voce etiam altius eleuata. Quid fit? neg<sub>3</sub> audit, neg<sub>3</sub> loquitur, neg<sub>3</sub> se commonet mortuus: iusto enim Dei iudicio, qui fucos mendaciaq; de-

Brulaeus  
simulatè  
à morte  
renocan-  
dus à Cal  
uino verè  
mortuus  
inueni-  
tur.

## 214 DE FALSIS PROPHETIS,

*detegatur*  
simulabat, verè esse mortuus repertus est, &  
uxor quicquid agitaret, quomodo cung<sub>3</sub> eum  
impelleret, neq<sub>3</sub> vocem extorquere, neq<sub>3</sub> ut se  
commoueret efficere potuit: sed totus frigebat,  
rigebat totus. Quo animaduerso plorare, vlu-  
latus serio edere ex animo cœpit uxor, & in  
Caluinum innecta, impostorem eum, sicarium,  
latronem, qui maritum interemisset, appellans,  
ex ordine rem quomodo erat gesta, clara alta-  
q<sub>3</sub> voce exposuit. Quæ cum neq<sub>3</sub> admonitionis  
bus ullis permoueri, neque minis satis terri-  
posset, ut taceret, Caluinus apud maritum  
mortuum ea relicta, illinc se subduxit, in vul-  
gus spargens, mœrore ex mariti obitu deliram,  
ideoq<sub>3</sub> excusandam, & hoc illi indulgendum  
esse. Certum hoc est, conuentum cum ea dein-  
de, urbe ut excederet, & est ipsa Ostunum re-  
uersa, nupsitq<sub>3</sub>, postea ministro, quem Coul-  
dreus vocabant. Similia Alanus Copus &  
R. pater Franciscus Turrianus lib. 1. Dog-  
matum charact. verbi Dei asserunt conti-  
gisse anno 1558. in Rölonia in pago Bie-  
hage non longe à Cracouia à quodam eius-  
de farinæ cōcionatore, qui quendam Mat-  
*Mariha* thæū nomine pretio induxit, vt se mortuū  
quidā si simularet, quē volens ad vitā reuocare re-  
mulas sō uera mortuū in feretro in velata facie in-  
sportum, uenit. Verior certè est huius rei gestæ hi-  
storiz.

istoria, quā ea quæ antè paucos annos ab ad- *excitan-*  
uersarijs ementita fuit cum ex Rheni pro- *dus mor-*  
uincia laudatissimæ Societatis Iesu Patres, *tus inue-*  
aliqui zelo religionis in Septentrionalibus *nitur.*

Liuoniæ partibus propagandæ studio à  
Reuerendo admodum & ex illustri Du- *Missio-*  
cum Aquauiuæ familia Claudio eiusdem *patrū So-*  
cietatis vigilantissimo Generali & præ- *cietatis*  
side in Liuoniam missi sunt: Serenissimo *in Liu-*  
& piæ memoriæ Stephano Poloniæ Rege *niam,* &  
id precibus tum apud summū Romanum *quide ijs*  
Pontificē, tum apud dictum R. P. Genera- *ementiti*  
lēm Claudium Aquauiam contendente, *sunt hars*  
Res hæc adeò perstrinxit aduersarios, vt e- *tici.*

mentito scripto quodā faterentur hos Cra-  
couiæ ad Nilum (nullus autem ibi vñquam  
Nilus fluuius visus est) in rotam ob criminæ  
actos fuisse. Veritatis indagandæ gratia Il-  
lustrissimus Elector Moguntinus, vt om-  
nem huius rei cogitationem Electori Sa-  
xonico adimeret, mittit ad Regem Po- *Regis Sto-*  
loniæ, explorat rei gestæ vanitatem. Rex phani fi-  
vit fuit Societatis propagandæ amantis- *des in Socie-*  
simus, publico totius regni testimonio co- *cietate Io-*  
arguit ementitam à perfidis in Patres opti- *su & ca-*  
mos contumeliā: sed & ego hos, dum de *lumnis*  
hoc negotio à Serenissimo Rege per Ele- *vindicā-*  
toris Moguntini legatos inquireretur, da.

Q +

vidi

*Menda-  
ces rota  
digni.*

vidi omnes istos in Liuonia superesse, nec in rotam actos, sed ut strenuos Dei, & Ecclesię Christi & Romanę ministros in barbaris illis nationibus, magna rerum aduersarum tolerantia rem religionis agere, & confirmare, contestante Deo eorum innocentiam portentis & miraculis. Digni certè mendaces isti aduersarij, quorum rota natuitatis Iacobi 3. 6. inflammata est lingua mendaci, vt eos Deus cum impijs ponat psal. 82. 14. *sicut rotam & sicut stipulam ante faciem venti.* Cæterum ad rem redeamus. Quo nam miraculo Lutherus se suis aut prophetam, aut Eliam probauerit nondum liquet, nisi quod Vvilhelmum Nefenum in Albi submersum vanis immururationibus spe miraculi in vitam reuocare frustra tentauit. De Polychronio hæretico Monothelita simile quidam refert Alanus Copus Dialog. 6. cap. 29. ex Act. 15. Sexti Concilij Oecumenici.

*Lutherus  
conatur  
mortuum  
inscitare.*

*Polychro-  
nus hære-  
siarcha  
idem co-  
natur.*

Veterator, inquit, suo respondens nomini Polychronius, ausus est ad confirmationem secta suæ ulro apud sextam Oecumenicam Synodum in Trullo polliceri se mortuum vita redditurum. Non ita multò post, allato cadaue re virtutis suæ specimen editurus, cum diu frustra mortuum ad vitam reuocare tentasset,

ab

ab omni concione ut vanissimus nebulo, explosus est, nec tamen errorem deponere voluit.

Resert & Paulus Diaconus ( libro vltimo rerum Roman.) mirabiles Iconomachorum fraudes, quibus ille hæresin suam, & impietatem Constantini Copronymi stabilire conatis sunt. Ait enim quosdam ex illis clam in Imperiale sepulchrum, se propria fuisse, & quasi à mortuo, ea vox prolatâ fuisset, magnis laudibus Constantiūm Copronymum extulisse: ut eo commen-  
to hæresin illam, quæ in imagines griffa-  
batur populo plausibilem redderent. In horum viuorum interemptione obseruet Christianus lector, verissimè dixisse Ter-  
tullianum de præscriptionibus hæretico-  
rum hæc esse potissima miracula quæ ab hæreticis patrantur, *Agnosco*, inquit, maxi-  
mam virtutem hæreticorum, qua Apostolos in aduersum emulantur, illi enim de mortuis vi-  
uos suscitabant isti de viuis mortuos faciunt.  
Adde si vis è Tertulliano, Apostolos cæ-  
cos illuminasse: hos, videntes oculis lumi-  
nibusq; priuasse, id verum esse comperies, *Videntes*  
si legeris Gregorium Turonensem libr. 2, *excavant*  
historiæ Francorum cap. 30. Docet siqui-  
dem eo in loco de Cirola Arianorum E-  
piscopo, quām agrè tulerit Catholicos E-  
fecit.

Q 5

pisco-

piscopos virtutibus & miraculis claruisse,  
ac proinde ex composito voluisse emen-  
titum cæcum illuminare, quem pro mi-  
raculo excæcauit. Historia memoratu  
dignissima. Verba eius sunt hæc. Tem-  
poribus Arianorum sub Henrico Chri-  
stianorum Catholicorum persecutore Cirilo  
quidam Arianorum Episcopus, hereticorum  
tunc maximus habebatur assertor, cumq;  
ad persequendum Christianos Rex per diuersa  
transmitteret, S. Eugenium Episcopum vi-  
**D. Euge-  
nius laus.** rum inenarrabili sanctitate, qui tunc fereba-  
tur magnæ prudentiæ esse, in suburbanociuia-  
bis suæ reperit persecutor. Quem ita violen-  
ter rapuit, ut nec ad hortandum gregem Chri-  
sti illum abire permitteret. Ductus itaq; S.  
Eugenius ad regem, cum illo Arianorum E-  
piscopo pro fide Catholica decertauit: cumq;  
eum de sancta Trinitatis mysterio potentissi-  
mè deuicisset, & insuper multas per eum vir-  
tutes Christus ostenderet; in maiorem insani-  
**S. Vinde-  
nialis &** am idem Episcopus inuidia inflammante suc-  
cenditur. Erant autem tunc temporis cum  
**S. Longi-  
nus mira-  
cula pa-  
rant.** S. Eugenio viri prudentissimi atq; sanctissimi,  
Vindemialis & Longinus Episcopi pares gradu,  
& virtute non impares. Nam S. Vindemia-  
lis eo tempore ferebatur mortuum suscitasse:  
Longinus autem multis infirmis salutem tri-  
buit:

buit: Eugenius quoq; non solum visibilia  
oculorum cæcitatem, sed etiam mentium de-  
pellebat. Quod cernens ille nequam Arianoe-  
rum Episcopus, vocatum ad se quendam ho-  
minem, ab illo, quo ipse viuebat errore dece-  
ptum, ait. Non patior quod hi Episcopi  
multa in populo signa depromant, illosq; cuncte  
me neglecto sequantur. Acquiesce nanc his,  
qua præcipio, & acceptis quinquaginta aureis,  
fede in platea, per quam nobis est transitus, &  
manum super clausos oculos ponens, me pre-  
tereunte cum reliquis exclama cum magna  
virtute, dicens, Te beatissime Cirola, nostra re-  
ligionis antistes, deprecor, ut respiciens manis  
festes gloriam ac virtutem tuam, ut oculos  
meos aperiens, merear lucem videre, quam  
perdidi. Qui iussa complens, residensq; in  
platea, transeunte heretico cum sanctis Dei,  
iste qui 'Deum irridere cogitabat, exclamat  
in magna virtute, dicens, Audi me beatissi-  
me Cirola, audi me sancte sacerdos Dei, respice  
cæcitatem meam: experiar medicamenta, qua  
sepe ceci reliqui à te meruerunt, quale profe-  
experti sunt, qua etiam ipse mortui præsense-  
runt. Adiuro te per ipsam virtutem, quam  
habes; ut mihi desideratam restituas lucem,  
quia graui sum cæcitatem percussus. Verita-  
tem enim nesciens verum dicebat, quia exca-

CAME-

cauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam estimabat. Tunc haereticorum Episcopus paululum sediuertit, quasi in virtute triumphatus, elatus vanitate atq; superbia, posuit manum suam super oculos eius, dicens: Secundum fidem nostram, qua recte Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox ut hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus Episcopi patefactus in publico. Nam tantus dolor oculos miseri illius inuasit, ut eos digitis ut compri-meret ne creparent. Deniq; clamare coepit miser ac dicere: V& mihi misero, quia seductus sum ab inimico legis diuinæ, V& mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, ut hoc facinus perpetrarem. Ad Episcopum autem aiebat. Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidisti: vosq; rogo glorioissimi Christiani ne despiciatis miserū; sed velociter succurrите pereunti. Verè enim cognoui, quia Deus non irridetur. Tunc sancti Dei misericordia moti: Si, inquiunt, credis, omnia possibilia sunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui non crediderit Christum filium Dei & spiritum sanctum aequalē habere substantiam atq; Deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego perfereo, patiatur. Et adiecit.

Credo

credo Deum Patrem omnipotentem, credo in filium Dei Christum Iesum aequalem patri, credo Spiritum sanctum Patri & filio consubstantialem atq; coaternum. Hac illi audientes & se inuicem honore mutuo prauenientes, oritur inter eos sancta contentio, quis oculis eius signum beatæ crucis imponeret. Vindemialis verò ac Longinus Eugenius, ille autem è contra, eos exorat, ut manus imponerent caco. Quod cum fecissent, & manus suas super caput eius tenerent, sanctus Eugenius crucem super oculos cæci faciens, ait: In nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti veri Dei, quem trinum in una equalitate atq; omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et statim ablati dolore ad pristinam rediit sanitatem. Manifestissime autem patuit per huius cæcitatem, qualiter hereticorum Episcopus oculos cordum misero assertionis suæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miserum, qui non ingressus per ianuam, id est, per Christum, qui est ianua vera, lupus magis gregi quam custos effectus est, & pacem fidei, quam credentium cordibus debuerat accendere, prauitate cordis sui conabantur extinguere. Sancti verò Dei alia signa in populo multa fecerunt, & erat vox una populū dicentis, verus Deus Pater, verus Deus Filius,

D. Euge  
nius illue  
minat  
cum quē  
Cirola ex  
cæcaue  
rat.

verus



## 222 DE FALSIS PROPHETIS

Spiritus sanctus una fide colendus, uno timore metuendus, eodemque honore venerandus.

**Hunerici** Nam quæ Cirola afferit, falsa esse cunctis est regis ty, manifestum. Vident autem Hunericus rex tannis. assertiones suas per sanctorum fidem gloriosam taliter denudari, nec erigi sectam erroris, sed potius destrui, fraudemq; Pontificis sibi in hoc scelere fuisse detectam: sanctos Dei post multa tormenta, post equuleos, post flamas, post unguis iussit interfici. B. autem Eugenium deo collari iussit sub ea specie, ut si in ea hora, qua ensis super ceruicem incumbebat, non reuertetur ad hereticorum sectam, non occidetur, ne eum pro Martyre colerent Christiani, sed exilio damnaretur: quod ita factum esse

**S. Euge-** manifestum est. Nam cum imminente mori- nius exi- te interrogatus fuisset, si mori pro fide Catholi- dio dam- ca destinari, respondit: Hac enim est semper martr. terna vita pro iustitia mori. Tunc suspensio gladio, apud Albigensem Galliarum urbem exilio deputatus est: ubi & finem vite presen- sis fecit. Ad cuius nunc sepulchrum multe virtutes creberrime ostenduntur. Sanctum vero Vindemialem gladio percuti pracepit, quod impletum est in hoc certamine. Octauianus vero Archidiaconus, & multa milia virorum ac mulierum, hanc fidem adferen- cium interempta atq; deleta. Sed pro amore gloria

gloria, nihil erant hac supplicia Confessoribus  
sanctis, qui in paucis vexati, in multis bene se  
non erant disponendos, iuxta illud Apostoli.  
*Quia non sunt condigna passiones huius tempo-*  
*ris ad futuram gloriam quae reuelatur in san-*  
*ctis. Multi iunc errantes à fide, accipientes*  
*dinitias, inseruerunt se doloribus multis. In-*  
*felix autem quidam Episcopus nomine Reno-*  
*catus, eo tempore est renocatus à fide Catho-*  
*lica. Tunc & sol teter apparuit, ita ut vix ab*  
*eo pars vel tercia eluceret, credo namq; id pro*  
*bantis sceleribus, & effusione sanguinis inno-*  
*centis factū est. Hunericus verò post tantum*  
*facinus arreptus à Dāmone, qui diu de sancto- Huneric⁹*  
*rum sanguine pastus fuerat, proprijs se morfi- arreptus*  
*bus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam à Dāmo*  
*indignam iusta morte finiit. Hęc ille. De ne se ipſiē*  
*similibus imposturis vide eundem Grego- interimis*  
*rium Turonensem de gloria Confesso-*  
*rum cap. ii. & 13.*

Est & sextum genus homicidarum, 6. genus  
quibus sunt maximè similes Anabaptistæ homicida  
nostrí, hi spiritu nescio quo ducti, tam ob- rum qui  
firmato in hæresi sua sunt animo, vt ple- ultro sine  
rumq; hilariter se se quasi morti obijcant: sententia  
non secus ac Iudæi illi, quos pseudomoy- indicis se  
ses iste, de quo dixi superius capite nono, morti of-  
ad præcipitia deduxit. Quæ certè res infir- ferunt  
mis

mis summo s<sup>e</sup>pe est offendiculo, & maxi-  
mæ t<sup>e</sup>tationis ansam p<sup>r</sup>ebet ignorantibus.  
Hæc certè non est sobriæ mentis constan-  
tia, sed insanæ mentis persuasio. Qua qui-  
dem in re, qua ratione vitam moresq;  
Do-  
natistarum & Circumcellionum ingeniu-  
exprimāt, & Satanæ insti<sup>n</sup>ctui satisfaciant,  
satis superq; D. Augustinus epistola ad Bo-  
nifacium virum militarem, quæ est nume-  
ro 50. sic scribit. *Sicut enim charitas labo-*  
*rat Ecclesia sic eos ab illa perditione liberare,*  
*ut eorum nemo moriatur: sic eorum laborat*  
*furor, aut nos occidere, ut suæ crudelitati*  
*pascant libidinem; aut etiam se ipsos, ne per-*  
*didisse videantur occidendorum hominum po-*  
*testatem. Qui autem nesciunt consuetudinem*  
*illorum, putant eos modo seipso<sup>s</sup> occidere;*  
*quando ab eorum insanissima dominatione per*  
*occasionem legum istarum, quæ pro unitate*  
*sunt constitutæ tanti populi liberantur. Qui*  
*autem sciunt & ante ipsas leges quid facere so-*  
*leant, non eorum mirantur mortes sed recor-*  
*dantur mores, maximè quando adhuc cultu*  
*fuerat idolorum, ad paganorum celeberrimas*  
*solennitates, ingentia turbarum agmina ve-*  
*niebant, non ut idola frangerent, sed ut inter-*  
*ficerentur à cultoribus idolorum. Nam illud*  
*si accepta legitima potestate facere vellent, si*  
quid

quid eis accidisset, possent habere qualem cunq;  
umbram nominis Martyrum, sed ad hoc so-  
lum veniebant ut integris idolis ipsi perime-  
rentur. Nam singuli quiq; valentissimi iuue-  
nes cultores idolorum, quis quo<sup>t</sup> occideret, ip-  
sis idolis vovere consueuerant. Quidam etiam  
se trucidandos armatis viatoribus ingerebant,  
percussuros eos se; nisi ab eis perimerentur  
terribiliter comminantes. Non nunquam &  
a iudicibus transiuntibus extorquebant vio-  
lenter, vt a carnis cibis, vel ab officio feriren-  
tur. Vnde quidam illos sic illusisse prohibetur,  
ut eos tanquam percutiendos ligari & dimic-  
ti iuberet, atq; ita eorum impetum incruentus  
& illas sus euaderet. Iam vero, per abrupta  
precipitia, per aquas, & flaminas occide-  
re seipso, quotidianus illis ludus fuit. Haec  
enim eostria mortis genera diabolus docuit:  
ut mori volentes, quando non inueniebant  
quem terrorerent, ut eius gladio ferirentur: per  
saxa se mitterent: aut ignibus gurgitisbusque  
donarent. Quis autem illos hec docuisse cre-  
dendus est possidens cor eorum: nisi ille quis  
Saluatori nostro vt se de pinna templi prae-  
ciparet, Luca 4. tanquam de lege suggestus?  
Cuius suggestionem a se utiq; prohiberent, si  
Magistrum Christum in corde portarent. Sed  
quia in se Diabolo potius dederunt locum: aut  
Quis eos  
docuerit  
seipso ob-  
cidere?

R. sic p<sup>r</sup>

## 226 DE FALSIS PROPHETIS,

sic pereunt quemadmodum Marc. 5. grec  
ille porcorum, quem de monte in mare turba  
Dæmonum deiecit: aut illis mortibus erepti  
& pio matris Catholicæ gremio collecti: ita la-  
berantur, quemadmodū est à Domino libera-  
tus, quē pater eius à Dæmonio sanandū obtulit  
Matth. 17. dicens, quod aliquando cadere in  
aquam, aliquando in ignem soleret. Hæc D.  
Augustin⁹. Eodē spiritu agitari nō dubito  
Anabaptistas, maximè eos, qui in Moravia  
maximo numero, & quasi in cœnobiis qui  
busdam versantur, quorum consuetudo  
fert (vt ab ijs qui ad nostram religionem  
reuocati sunt, accepi, cùm istic locorum  
olim agerem) infirmos, cùm nec dum a-  
nimam egerunt, antequam eam agunt sac-  
co insuere & circa sepes terræ condere:  
sed tam funestis funeribus Ecclesia nostra  
iusta nulla persoluit, neque exequias oc-  
cinit. Et hæc de his homicidis, & be-  
ne videntium excæcatoribus  
dicta sufficiant.

\* \*



CAPVT

## CAPVT XVI.

FALSOS PROPHETAS  
esse idololatras, illusores, &  
irrisores.

PRIMVM est in hoc capite, falsos prophetas esse Idololatras, de quo minimè dubium. Id enim apertè docet D. Augustinus tom. 8. in psal. 80. his verbis. *Muli  
heretici*, inquit, *(idem iudicium est de fal-  
sis prophetis) cum paganis alios, & alios Deos  
ip̄si sibi finxerunt, & eos etiam si non in tem-  
plis, tamen quod est peius, in suo corde posue-  
runt, & falsorum ridendorumq; simulachro-  
rum templi ipsi facti sunt. Magnum opus est  
intus hac idola frangere, & locum Deo viuen-  
ti, non recenti mundare.* Alludit & ad id  
Deut. 32. 17. *Immolauerunt Damonis & non  
Deo, dijs quos ignorabant, nouirecentesq; ve-  
nerunt, quos no coluerunt patres eorū.* Pergit  
August. Omnes n. isti aliud & aliud sentiunt,  
aliros atq; alios Deos sibi facientes, ipsamq; fi-  
dei falsitate variantes videntur dissentire: sed  
omnes a terrenis cogitationibus non recedunt.  
&c. Bone Deus si tot idola, quot hæreses:  
quoties idololatra cēsendus Lutherus, qui

Falsos  
prophetas  
esse idoloh  
latras

tct

tottantafq; h̄ereses veterum h̄eresiarcharum olim sopitas ab inferis reuocauit, qui tot haetenus inauditas superaddidit? Quas qui nescit, doctissimam illam Ederi inquisitionem Euangelicam reuoluat. Ceterum de hac re fusius egimus tribus nostris libelis 1597 typis Birckmannicis Coloniæ à me in lucem editis, In quorum primo de idolorum natura, causa, pœna & extirpatione tractauimus, In secundo non mōdō crimen idololatriæ, sed vel leuissimam eius suspicionem ab Ecclesia Romana amouimus. In tertio verò h̄ereticos esse idololatas & his peiores, discurrendo per omnia veteris testamenti idola, à vitulo Moy sis incipiendo usq; ad Bel & Draconem, cuius meminit Daniel, ostendimus. In quibus quidem omnibus idolis præcipuis recensendis nullum præteriuimus, libet tamen his addere unum, ad quod me familiaritas nimia Lutheri cum Dæmonie, quam capite 3. tradidimus: & singularis sectatorum ipsius erga Dæmonium & latronum statuas deuotio, de quibus eodem capite egimus, compellit. Est autem idolū ipsius Dæmonis idolum ipsius Dæmonis figura, quod ortentes populi prope Calecutium nostro etius colunt adhuc seculo coluerunt, & ut Ludouicus Patri.

Patricius Romanus ait Nauigationum lib.  
5. capite 2. directè Satanæ sacrificant. Hi  
etiam in suis templis simulachrum formi-  
dabile supplices adorant. Est autem hoc  
simulachrum quatuor insigne ~~canibus~~  
hians ore vastissimo, naso deformi, toruis  
luminibus, minaci & truculento vultu,  
hamatis digitis vncorum & harpagonum  
instar, flammis emicantibus undequaque  
rutilans; ita ut haud sit dissimile descri-  
ptioni Behemot & Leuiathan Iob 40. &  
41. capitibus. Idolum hoc sacerdotes  
ipsorum singulis diebus aqua rosacea a-  
spergunt, & varijs odoramentis sacri-  
ficijsque placant. Nihilominus tamen  
hi non tam familiaritate ducti Dæmonis,  
quam maximam cum Lutherò intercessisse  
superius ostendimus, id agunt. quam a-  
lio iustiore, quamvis minimè probabili fi-  
ne. Deum enim optimum maximum cæli  
terræq; potissimum architectum, & præci-  
puum auctorem confitentur gentes illæ  
Orientis & Calecutianæ. Satanam verò  
ideo venerantur, quia sibi persuadent &  
credunt à Deo illi vicariam operam iudi-  
candi orbis delegatam, factamq; potesta-  
tem, vt vnicuiq; pro benè aut malè factis  
debitam mercedem referat. Isti ergò eum

R 3 tene-

*Lutherus* tenebrarum principem istis cācellis à Deo inclusum credunt, vt vnicuique operum meritum reddat. Lutherum his longè esse deteriorem quis est qui ambigat? Fingit enim ipse Deum hoc idolo longe tetrio-

*Lutherus* rem & peiorem, & animis suorum imprimit nequiores, non minus scilicet iustis, quam iniustis: bonis, quam improbis, formidabilem. Depingit inquam in animo Deum Opt. Max. absq; vlla operum vel

*Calecū-  
tianis Ido-  
lolatris  
longē de-  
terior.* piorum, vel impiorum consideratione omnia agere, nihil æqua sapientiæ, & iudicij sui trutina & lance metiri: cælum tam improbis, & in scelere obfirmatis, quām sanctissimis quibusuis hominibus, dummodo credant (quod & Dæmones faciunt & contremiscunt) patet facere. Hanc isti idololatriæ impietatem ne Satanę quidem tribendum censuerunt.

*Deus in-  
fus in-  
dex* Nunquid ergò iniquitas, inquit D. Paulus Romanorum 9. 14. apud Deum nostrum? Absit. Viri cordati audite me, inquit Eliu apud Job 34. 10. Absit a Deo impietas & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Nunc ab idololatri ad illos veniamus.

*Alterum.*

Alterum ergo in hoc capite est, falsos prophetas esse illusores. Hos enim ut præuidit Iudas futuros in sua epistola: Sic & S. Petrus dicit, 2. Pet. cap. 3. v. 3. *Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes.* De deceptione horum cap. 5. & 10. fuisse egimus, de concupiscentijs cap. 8. nonnulla, & cap. 17. pluribus acturi. De illusoribus iam dicturi, de quibus & D. Iudas Thadæus epistolæ suæ vers. 18. ita loquitur. *In nouissimo tempore, inquit, venient illusores, secundum desideria sua ambulantes, in impietatibus. Hi sunt qui segregant se metipos, animales, spiritu non habentes.* Quod segregent se, fœdus cum Deo & Ecclesia initum rum pendo cap. 11. diximus: animales esse cap. 7. probauimus. Spiritu diuino quomodo afflati esse possint, qui tanta commercia cum Dæmone habent, quanta capite 3. ostendimus? Illusores autem hos esse probatur ex actionib' istis, quæ sacræ literæ illusoribus tribuunt, ex quibus primum est, quod hi quasi stulti illudunt peccatum, Ierem. 14. 9. sed ut inquit Isaias capit. 5. vers. 20. *Vae varia genera qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

*2. sunt illi  
lusores.*

*Illusorum  
varia genera  
nera.*

*I. illudunt  
Labo- peccatum.*

R.

Labo- peccatum.

*Laborare, inquit Malachias capite 2. v. 17.  
fecistis Dominum in sermonibus vestris & di-  
xistis, In quo cum fecimus laborare? In eo  
quod dicuimus, omnis qui facit malum, bonus est  
in conspectu Domini, & tales ei placent, aut  
certe ubi est Deus iudicij? Similia penè cap.  
3. 14. idem propheta. His illusionibus o-  
mnium eorum scripta vitaq; redundant.*

Hinc, quod secundum est, quasi per-  
cutiunt fœdus cum morte, ut Isai. cap. 28.  
14. tradit. *Audite, inquit Dominus, viri il-  
lusores, qui dominamini super populum meum  
quiet in Hierusalem. Dixistis enim, percus-  
simus fœdus cum morte, & cum inferno feci-  
mus pactum. Flagellum inundans cum tran-  
sierit, non veniet super nos: quia posuimus  
mendacium spem nostram, & mendacio pro-  
tecti sumus. Potuitne fœdus habuisse cum  
Diabolo, qui ut capite 3. dixi, disputanti  
Diabolo se victum dedit, qui sæpius &  
propius Satanæ cōdormiuit, quam suę Ca-  
tharinę incestuosę coniugi; qui nobilis  
cuiusdam matronę puellam pulcherrimā  
per caput arreptam in gyrum circumdu-  
cens, ut eius mensalia colloquia testantur:  
Quam iucundum, inquit, est, cum huius-  
modi angelis in infernū descendere? Per-  
go ad id quod tertium est, illusorum esse,  
nolle*

*S. percus-  
sunt fœ-  
dus cum  
morte &  
inferno.*

*Lutherus  
quam li-  
benter, &  
cum quis-  
bus iret  
ad infer-*

nolle audire argentes. Hic antithesin sapientum & illusorum ponens Sapiens Prou. 13. 1. *Filius*, inquit, *sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, nō audit cūm arguitur.* Quoties Lutherum arguerunt Clemens septimus & Leo decimus, & Ecclesiarum antistites alij? Quoties etiam ministris intentatis idem præstiterunt Inuictissimi Romani Imperij Imperatores Carolus V. & Ferdinandus & Maximilianus II.? Quoties Ecclesię Catholicę Doctores? quoties seculares Principes? Sed quā gratiam præstiterit, quin potius contumeliam pijs aliorum monitis reddiderit, id satis superq; capite 9. per omnes Ecclesię Catholicę ordinēs deduximus. Atq; hac in re eos infultorum numero esse, ex capite 15. v. 5. Prouerb. patet. *Stultus, inquit, irridet disciplinam patris sui; qui autem custodit increpationes, astutior fiet.*

Quartò illusores sunt, quia Deum ip- 4. illu- sum, & superbenedictam sanctissimam dunt De- Trinitatem irrident, & blasphemis diris *um ipsū.* illudunt. Prodiit enim hoc periculosisimo tempore, quasi ex adipe iniquitas eorum, inquit Dauid psalm. 72. 7. transferunt in affe- ctum cordis. Cogitauerunt eī locuti sunt ne- quitiam, iniquitatem in excelsō locuti sunt.

R. 5 Posuerunt

*Luca  
Sternber  
gij & Ser  
uetiblaſ  
phemia  
in S. Tri  
nitatem.*

Posuerunt in celum os suum, & lingua eorum  
transfuit in terra. Quanta enim illusio est  
sanctissimæ Trinitatis Lucæ Sternbergij,  
qui in oppido Morauiæ Sternberg publicè  
docuit / vt testatur Fridericus Staphylus  
in Apologia, & eius rei, cum ibi anno 1592.  
essem, memoria viguit ) nomen sanctissi-  
mæ Trinitatis inane & superuacaneum es-  
se: itaq; voluit vt loco illius Ecclesiastica  
canticionis, O veneranda Trinitas, canere.  
tur, ô veneranda Dei vnitas. Optat etiam  
vt Dæmones omnes Trinitatem abducant  
& asportent, & similia terrore plenissima,  
vti & Seruetus Hispanus, quæ animus ex-  
horrescit calamo cōmittere: quo nomine  
idem Seruetus noua auctoritate Caluini  
anno 1553. flammis exuritur. Inuisam etiā  
hanc sanctissimam Trinitatem, sanctissi-  
mæ & ter adorandæ cum sanctissimis Se-  
raphinis Triadis vocem fuisse Luthero, in-  
de facile quiuis elicit, quod hanc orationē  
in suis Litanijs omiserit, Sancta Trinitas  
vnuſ Deus miserere nobis, & testimoniu-  
trium personarum in cælo Patris, Verbi &  
Spiritus Sancti ex i. epistola D. Iohannis  
cap. 5. penitus ex suis biblijs sustulerit. Sic  
itur ad astra. Ceterum quām grauiter hanc  
injuriam & illusionem olim Deus vindi-  
caturus

*Lutherus  
qua pa-  
rum af-  
fectus ad  
S. Tri-  
nitatem.*

caturus sit, id ex quodam Olympio Arria-  
no facile colligi potest. Hic enim cum Ca-  
tholicis illudceret Sanctā Trinitatem pro-  
fitentibus, horrenda morte consumptus  
interiit. Cuius rei historiam sic describit  
D. Iohannes Damascenus oratione 3. de  
sanctis imaginibus, his verbis: *Sub hoc con-*  
*sulatu mense Decembri eius mensis die 27.*  
*contigit formidabile & ingens miraculum,*  
*quod & auditum omnē hominum magno ter-*  
*rore perculit. Olympius enim quidam nomi-*  
*ne, præside Arrianæ superstitionis Euthymio,*  
*cum esset in balneo palati Helemanorum,*  
*quosdam eorum contemplatus qui lauabantur*  
*consubstantialis Trinitatis celebrantes gloriā,*  
*ait hisce præscriptis verbis. Quid enim est*  
*Trinitas, cuinam parieti non ea ascripta*  
*est? Cumq; superior euasisset, sibi familiari-*  
*ter notis dixit. Ecce & ego Trinitatem ha-*  
*beo. Illi itaq; rem cum reprehendissent, ani-*  
*mis incitati eum interfecturi fuerant, nisi eos*  
*repressisset nomine Magnus quidam sancto-*  
*rum Apostolorum præbyter intra muri am-*  
*bitum consistens. Homo hic sanè quam admi-*  
*radus ac sedulus Dei cultor hisce verbis eos al-*  
*locutus est, docens quia id nequaquam latere agit con-*  
*posset oculum iustitia illius cuncta cernentis,*  
*qui singula queq; decernit, & quidem exacta*

Olympius  
Arrianus  
Trinita-  
rius quo-  
modo pur-  
nitus.

Magnus  
præbyter  
tra Tri-  
nitarium  
Olympii.

ratione. Sedata deinde turba, ob viri istius  
 reverentiam, surrexit Olympius, & pro more  
 usus labro sine solio aqua calida, exilit in alte-  
 rum, quod & frigidam capiebat e fonte pro-  
 filientem, qui oritur a medio venerandi alta-  
 ris adis consecrata D. protomartyris Stepha-  
 no, quam olim ex aedificauit Aurelianus, prin-  
 cipali tamen dignitat prælucens. Hinc enim neor ea  
 aquam dignam habitam, quā inuiseret Deus.  
 In hanc quā ille descendisset, dicto oculis ascēdit  
 cū eiulatu dicens. Miseremini mei, miseremini  
 mi, suāsq; carnes exscalpens ossa etiamnum in  
 partes deducebat. Omnes proinde, qui circa eū  
 erant, apprehensum inuoluerunt sindone, ac  
 reclinarunt in algescentem & animam expi-  
 rantem. Porro illi percunctabantur quidei  
**Olympij** accidisset. Respondit Olympius: Virum vi-  
 car quo- di nineis vestibus indutum ex aduerso Nero-  
 modo phori ascendentem ad me, meq; vidente per-  
 deiecta miscentem tres in aures lupini & dicentē mihi:  
 in balneo Ne esto blasphemus. Illi acceperū eum in lecti-  
 cam, transtulerunt in alterum balneum adia-  
 cens Arrianorum Ecclesie. Illi cum vellent ab  
 eo renellere sindonem, carnem totius corporis  
 simul auulserunt. Atq; ita in mortem conce-  
 dens reddidit spiritum. Vbi ergo in cælum,  
 vt est psal. 72. impij posuerunt os suū, lin-  
 gua etiā eorū transiit postmodū in terram.

AC

Ac proinde quinto irrident Sacerdotes  
 offerentes pacem & holocausta, sicut Nicanor  
 fecisse legimus, de quo i. Mach. 7.33. haec  
 legimus. Ascendit Nicanor in monte Sion: &  
 exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in  
 pace & demonstrare ei holocaustomata, quae of-  
 ferebant pro rege & irridens spreuit eos, & pol-  
 luit: & locutus est superbè, & iurauit cum  
 ira, dicens, nisi traditus fuerit Iudas, & exer-  
 citus eius in manus meas: cōtinuò cūm regres-  
 sus fuero in pace, succendam domum istam  
 (scilicet templum Domini) & exiūt cum ira  
 magna; & intrauerunt sacerdotes, & stete-  
 runt ante faciem altaris & templi, & flentes  
 dixerunt. Tu domine elegisti domum istam ad  
 innocandum nomen tuum in ea, ut esset domus  
 orationis & obsecrationis populo tuo; fac vir-  
 dictam in homine isto, & exercitu eius, & ca-  
 dat in gladio: memento blasphemias eorum,  
 & ne dederis eis ut permaneant. Quam ora-  
 tionem à Deo exauditam fuisse constat li-  
 bro 2. Mach. 15. 27. vbi illusor ille Nica-  
 nor cum triginta quinque millibus à Iuda  
 Machabæo prostratus occubuit. Cuius  
 tandem lingua in particulas præcisa aui-  
 bus iussu Iude Machabæi data: manus au-  
 tem dementis hominis contra templum  
 antea audacibus minis extenta, tum contra

<sup>5. Irridet</sup>  
 sacerdo-  
 tes offerē-  
 tes pacē  
 & holocau-  
 sta.

Nicanor  
 minatur  
 templo  
 Domini.

tem-

## 238 DE FALSIS PROPHETIS,

templum suspensa , pœnas sacrilegio dignas luit. Bone Deus quot sunt iam legitimi Sacerdotes, qui pacem & hostias offerunt, quibus pro pace mala crux parata: pro holocausto ipsi metuuntur? Quot Nicanores & illusores, quot qui pœnas sacrilegij hactenus luerunt à veris & timetibus Deum belli ducibus fusi & prostrati.

Sextò sunt qui illudunt veris prophetis, de quibus 2. Paralyp. cap. 26. 15.  
*Mittebat Dominus Deus patrum suorum, ad illos per manum nunciorum de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei illudebantq; prophetis; donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos regem Chaldeorum & interfecit iuuenes eorum gladio, in domo sanctuarij sui, non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem. Id quod simili sensu, alijs tamen verbis ponitur 3. Esd. 1. 50. Misit Deus patrum ipsorum per angelum suum renocare eos, propter quod parceret illis & tabernaculo suo. Ipsive rò subsannabat in angelis suis: & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius. Qui usq; ad iracundiam concitatus est*

*super*

super gentem suam propter irreligiositatem  
suam, & præcepit ascendere Reges Chaldeo-  
rum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio  
in circuitu S. templi eorum, & non peperce-  
runt iuueni, & seni, & virginis & adolescen-  
ti: sed omnes trahi sunt in manus ipsorum.  
Sic 4. Reg. 2, 23. illuditur Elisæus prophe-  
ta à pueris. Ascendit enim ex Iericho in  
Bethel, cumq; ascenderet per viam, pue-  
ri parui egressi sunt de ciuitate, & illude-  
bant ei dicentes. *Ascende calue, ascende cal-  
ue, qui cùm respexisset, vidi eos, & maledixit  
eis in nomine Domini ; egressiq; sunt duo urse  
de saltu , & lacerauerunt ex eis 42. pueros.*  
Agite optimi parentes, potestne aliquis  
sacerdotum aut piorum religiosorum tu-  
rum sine subsannatione per plateas ve-  
stras sub nouo hoc Euangelio iter agere,  
quem non miris subsannent conuicijs &  
contumelijs excipient? Siccine iam viget  
D. Pauli auctoritas, cùm monet Eph. 6. 4.  
*Et vos patres nolite ad iracundiam provocare  
filios vestros : ( multo minus prophetas ) sed  
educate illos in disciplina & correptione Do-  
mini ? Quamuis D. Iustinus Martyr & phi-  
losophus hanc dilacerationem filiorum  
ab ursis factam tribuat malæ parentum e-  
ducationi, quos Deum in filiis puniuisse af-  
serit,*

## 240 DE FALSIS PROPHETIS,

serit, cùm etiam Deus ne claudum quidem irrideri patiatur 4. Esd. 2. 21. sic Bacchides per viros impios illudit Iudæos 1. Machabœorum 9. 26. sic ex septem pueris Machabœorum fratribus illuditur secundus & tertius 2. Machab. 7. 7. Matth. 27. 31. 41. Marci 5. 40. 15. 20. 31. Luc. 22. 63. 23. II. 36. Christus irridetur vti prædixerat Matth. 20. 19. Marci 10. 34. Lucæ 18. 32. Sic ipsi Apostoli licet in die pentecostes Spiritus sancti plenitudine repleti fuerunt, non de- erant tamen sanctissimorum donorum ir- risores. Stupebant enim omnes, inquit D. Lu- cas Actor. 2. 12. & mirabantur ad mucem dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti. Neque minus patiebatur D. Paulus post modum in numerum Apostolorum ascensus, cùm Athenis de resurrectione mor- tuorum differeret Actor. 17. 32.

Septimo loco sunt qui pia Christianorum studia & maximè eleemosynas in pauperes: & defunctorum non modo pri- uatas, sed & solennes sepulturas & exequias irrident; neque verò hi attendunt ad dictum Ecclesiastici 7. 35. *Datum bra- chiorum tuorum & sacrificium sanctificatio- nis offeres Domino, & initia sanctorum;*

PAHO

pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propiciatio & benedictio tua. Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Sed iam tantum abest, ut pauperi prophetæ porriganter gratiā, ut etiam quæ data sunt pauperibus Euangelicis, ipsi se suosq; deglubant, & gratiam mortuis per preces & exequias piorum, ut olim 2. Mach. 12. 42. ipsi penitus prohibeant, & orationes in funebres conciones conuertant: non attendentes ad id quod ibidem vers. 46. his verbis concluditur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut à peccatis soluantur. Hæ illusiones ferendæ Catholicis, vti D. Iob & Tobiam in similibus pietatis studijs fecisse legimus. Hinc Tob. 2. 15. Nam sicut beato Iob insultabant reges; ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, (Tobiae scilicet) dicentes ubi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturæ faciebas? Sic sancti alij innúmeri noui testamenti, qui per fidem vicerunt regna, & adepti sunt promissiones, prius, vt inquit D. Paulus Heb. 8. irridet 11. 36. ludibria & vincula experti fuerunt edificantes antequam cœlestibus domicilijs excepti testimonia sunt. Octauo his adde eos qui irrident æternam Ierusalem, dificantes muros ciuitatis cœlestis Ierusalem.

S. leiti;

*Sanaballat & Tobias Ammanites impedit adificantes.*

Iem, similitudine sumpta ab his qui 2. Esdræ 4. 1. irriferunte eos, qui collapsos & iniuria regum Chaldæorum dirutos ciuitatis Ierusalem terrenæ muros à fundamentis quasi excitarunt. Talis erat Sanaballat, talis Tobias Ammanites proximus eius, qui vers. 4. ait, ædificant, si ascenderit vulpes transiliet murum eorum lapideum. & dixit Nehemias. *Audi Deus noster, quia facti sumus despectui : conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram faciet tuam deleatur: quia irriferunt ædificantes.* Dira hæc imprecatio, & quidem in irrisores ædificantium muros terrenæ Ierusalē. Quid ergo statuetur in eos, qui ciuitatis cælestis Ierusalem ædificationem illudendo interturbant? Vtiq; Deus qui Gal. 6. 7. non irridetur, & apud quem, vt est Prouer. 3. 32. abominatio est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. ibidem ver. 34. illudeat illusores, & mansuetis dabit gratiam. Qui habitat in celis, inquit Dauid psalm. 2. 4. irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Videbunt enim, vt est Sapiet. 4. 18. finem sapientis & non intelligent quid cogitauerit deus Deus, & quare munierit illum Dominus.

Vide-

Videbunt enim, & contemnent eum: illos are-  
rem Dominus irridebit. Et erunt post hæc de-  
cidentes sine honore, & in contumelia inter-  
mortuos in perpetuum: quoniam disrupte  
illos inflatos sine voce, & commouebit illos à  
fundamentis, & usq; ad supremum desolabun-  
tur: & erunt gementes, & memoria illorum  
peribit. Venient in cogitatione peccatorum  
suum timidi, & traducent illos ex aduerso  
iniquitates ipsorum.

Nonò sunt ex eorum numero, qui  
vel sacros Ecclesiæ ritus de nouo institu-  
tos, vel ad pristinum vigorem reuocatos  
illudunt. vt iam in eorum synagogis nul-  
las pene admitti videoas laudatissimas & à  
maiorum nostrorum temporibus addu-  
ctas cæremonias, & certorum temporum  
festiuitates. Sic cum tempore Ezechiæ re-  
gis communi regis & principum decreto  
sacerdotalis dignitas & victima 2. Par. 29.  
ad pristinum splendorem reuocata esset &  
cap. 30. 5. communi eorundem sententia  
de phase & paschate mense 20. sanctum  
fuiisset, veredarij & cursores, vt est vers.  
10. pergebant de ciuitate per terram Eph-  
raim & Manasse usq; ad Zabulon, illis irri-  
dentibus & subsannatibus, & grauius acci-  
dit illis, qui Matth. 22. 7. miseri ut inuita-

g. illudunt  
sacros Ec-  
clesia ri-  
tus.

rent ad nuptias , contumelijs affecti , occisi sunt : qui tandem homicidę & ipsi perierunt domibus illorum succensis.

*3. sunt im-  
mutes, im-  
pij, incon-  
tinentes,  
infructuo-  
si, ingrati,  
insipiētes.*

Tertium in hoc capite erat eos esse immites, impios, incontinentes, infructuosos, ingratos, insipientes, quæ omnia præter insipientiam D. Paulus 2. Timoth. 3. & D. Iudas paucis verbis breuiter complectuntur. D. Paulus quidem sic. *Hoc autem sc̄ito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, & voluptatum amatores magis, quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem antem eius abnegantes. Et hos deuita, &c.* D. Iudas verò in sua epistola ver. 4. Subintroierunt, inquit, quidam impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, &c. quos v. 12. vocat arbores autunnales, bis mortuas, ut cap. superiori 7. diximus. Insipientiam eorum vide apud Ezechielem cap. 13. 10. 3. 4.  
5. 6.



CAPVT

## CAPVT XVII.

FALSOS PROPHETAS  
esse libidini & luxuriæ quā maxime deditos, alio tamē atq; alio modo quā Catholici.

**R**es hæc adeò pernicioſa huiusmodi radices agit in hominum prauorum animis, vt vix explicari queat; nec ullum fuit ſeculum, vbi pestis hæc animæ non germinauerit & pullulauerit, & pernicioſíſimos orbi terrarum fructus produxerit ab initio mundi ad noſtra viſq; ſecula. In quibus vix videas, quibꝝ rationibꝝ libido expleatur; diuerso tamen modo à prauis Catholicis & falsis prophetis ſeu hereticis, quę omnia docebimꝝ, & demōſtrato vulnere medicinā q̄ poterimus adhibebimus. Inter opera carnis eā recēſet D. Paul. Gal. 5. 19 & huiusmodi ſuit in primo ſeculo post peccatū primorum parentū, quæ tandem inde excreuit viſq; ad tēpora iusti Noe. Videntes enim, Genef. 6. 2. filij Dei filias hominum quod effent pulchra, acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant. *Dixitq; Deus: Non permanebit spiritus meus in hominī*

*Libidi-  
nis pestis.*

*Libido eo-  
mni teno-  
pore.*

ne in aeternū, quia caro est. Sic tandem propter hanc libidinem, venit ira Dei, teste D. Paulus Coloss. 3. 5. super filios diffidentie, & incredulitatis, & mundius diluvio periret. Tempore Moysis ita exeruit suum venenum virus hoc, ut de Iudeis continendis lex certa constituta sit Deut. 21. 18. ubi si parentes filium genuerint comissionibus deditum & luxurijs, iubentur eum ducere ad seniores ciuitatis, & ad portam iudicij dicentq; ad eos. *Filius noster iste proterius & cōtumax est, monita nostra audire contemnit, comissionibus vacat, & luxuriae atq; conuiuijs: lapidibus obruet eum populus ciuitatis & morietur, ut auferatis malum de medio vestri & uniuersus Israel audiens pertimescat.* Mox Moyse & Iosua vita functis, ut exitiosus cancer serpit latius ad extremum ferè extitum tribus Beniamin, ut enim libidine exarserint in uxorem Leuitae montis Ephraim in Gabaa, quæ est in tribu Beniamin, 19. cap. Iudicum satis edocet. 25. vero millia virorum ad bellum promptissimorum è tribu Beniamin in vindicta huius nefandi sceleris, à ceteris filiis Israel occisa fuisse capit. 20. 46. explicatur. Sic postmodum tempore Regum filij Israel insanierunt libidine cum Assur, in cuius criminis vindictam loquitur.

quitur Dominus per Ezechielem cap. 23. 9.  
*Tradidi eam in manus amatorum suorum,*  
*in manus filiorum Assur, super quorū insaniuit*  
*libidinem. Ipsi discooperuerunt ignominiam*  
*eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occi-*  
*derunt gladio, &c. Sic temporibus Ozias,*  
*Ioathan, Achaz & Ezechiae Regum Iuda*  
*Oseas cap. 4. 2. conqueritur dicens: Ma-*  
*ledictum & mendacium, & homicidium &*  
*furtum, & adulterium inundauerunt, & san-*  
*guis sanguinem tetigit. Non multò post*  
*sanctissimi templi Ierosolymitani sanctis-*  
*sima habitacula tempore Machabæorum*  
*penetrauit 2. Mach. 6. 4. Templum enim,*  
*inquit, luxuria & coemissionibus gentium*  
*erat plenum, & scortatium cum meretricibus,*  
*sacratisq; ædibus mulieres se vtrō ingerebant,*  
*intrō ferentes ea, que non licet: Altare etiam*  
*plenū erat illicitis, que legibus prohibebantur,*  
*Sed & apud Lutheranos fœminas concio-*  
*natas fuisse, ex historijs certissimum est.*  
*Vide commentarios Surij de anno 1522.*  
*hoc siquidem patitur doctrina Lutheri,*  
*etiam vt confessiones audiant, & sacra-*  
*menta administrent. Quid enim is non*  
*concederet suis libidinosis Dalilis?*  
*Nostri prophetæ id vetant. Sic D. Pau-*  
*lus apostolus 1. Corinth. 14. 34. Mulie-*

Fœmina  
exercens  
sacerdo-  
talia a-  
pud Lu-  
theranos.

S 4 res in

*Mulieres res in Ecclesiis taceant, non enim permittitur tacere de eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, h̄et apud scilicet Gen. cap. 3. v.16. Si quid autem vo-  
Catholi- luerint discere, domi viros suos interrogent,  
cos.*

*Turpe est enim mulieri in Ecclesia loqui. Et I.  
Tim. 2. 11. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum. Deducta est tandem luxuria ad tempora Christi ad filium prodigum, qui Luc. 15. 13. adeo luxuriæ fuit deditus, ut omni substantia dissipata, conquisierit ventri suo siliquas pororum : neminem verò inuenit, qui eas famelico, & ante libidini spumanti & subanti vētri porrigeret. Nostro verò tēpore huiusmodi perniciosos homines minimè defuturos D. Petrus pr̄equidit dicens 2.Pet. 2.1. Fuerunt, inquit, pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt Magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant : superducentes si bi celerem perditionem, & multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. Rem penitus examinanti videtur D. Petrus duo quām maximè ad rem hāc spectantia dicere, primū homines nostri seculi luxuriæ ita deditos fore, ut multos ad sui imitationem pertrahant, quod*

quod fecit Lutherus. Alterum quod hoc  
 minimè nouum genus peccati sit futurum,  
 cùm & multi alij tam seculares, quàm prò  
 dolor Ecclesiastici ea infecti sint, vt olim  
 filij Heli, qui 1. Reg. 2. dormiebant cum  
 mulieribus, quæ obseruabant ad ostium  
 tabernaculi: sed quod id fiat per pseudo-  
 prophetas, qui scilicet sua doctrina id lici-  
 tum putant, vt ex Luthero ostendemus  
 paulò infra, ita enim differunt vitia Ca-  
 tholicorum à vitijs hæreticorum, quòd  
 hæc sola quasi carnis infirmitate fiant, illa  
 comitetur doctrina, qua Isa. 5. 20. dicunt  
 malum bonum, & bonum malum: ponen-  
 tes tenebras lucem, & lucem tenebras, po-  
 nentes amarum in dulce, & dulce in ama-  
 rum. Sed vñ, Isai. 10. 1. qui condunt leges  
 iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt. Varij lu-  
 Cæterum luxuriæ & libidinis varios mo- xuria &  
 dos in sacris literis & historijs cernere libidinis  
 est. Ex his enim sunt primi qui gratiam modi.  
 Christi in luxuriam transferunt, id quod 1. modus  
 ex epistola D. Iudæ v. 4. clarissimum est. eorū qui  
 Subintroierunt quidam homines, (qui olim gratians  
 præscripti sunt in hoc iudicium) impij Dei no- Christi in  
 stri gratiam transferentes in luxuriam, & so- luxuriā  
 lum Dominatorem & Dominum nostrum Ie- transfe-  
 sum Christum negantes. quos vers. 8. dicit runt.

Vitia Ca-  
 tholicorum  
 quomodo  
 differant  
 à vitijs  
 hæretico-  
 rum.

S 5 carnem

750 DE FALSIS PROPHETIS,

2. qui in carnem maculare. Secundò illi qui in con-  
coniuijs suis luxuriantur, de quibus ex sen-  
tentia D. Petri I. Pet. 2. 15. egimus superio-  
tur. ri capite 8. Tertiò illi qui odio & inuidia  
3. qui odio feruntur in proximum. Hinc Deut. 28. 54.  
feruntur Homo delicatus in te, & luxuriosus valde,  
in proximi- inuidabit fratri suo. De qua inuidia capi-  
mum. te etiam 15. superiori diximus.

4. quibus Quartò, quibus displicent verba Sa-  
displicēt pientis. Hinc Ecclesiastici cap. 21. v. 18.  
verba Sa Verbum sapiens quodcumq; audierit scim  
piantis. Laudabit & ad se adyciet: audierit luxuriosus,  
& displicebit illi, & projicit illud post dorsum  
suum. Erat certè verbum sapiens, quod  
de Eunuchis dixerat Isaias cap. 56. 4. Hac  
dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint  
sabbathamea, & elegerint quæ ego volui, &  
tenuerint fœdus meum; Dabo eis in domo  
mea, & in muris meis locum, & nomen melius  
a filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis  
quod non peribit. Adducam eos in montem  
sanctum meum, & latificulo eis in domo ora-  
tionis mea: holocausta eorum, & victimæ eo-  
rum placebunt mihi super altari meo, &c.  
Confirmauit idem sapiens verbum sum-  
ma patris cœlestis sapientia, cùm Matth. 19.  
12. asseruit fore Eunuchos qui se ipsos ca-  
strabūt propter regnum cœlorū. At displit-  
cuit

cuit verbum hoc luxurioso Lutherò, fa-  
ctusq; est vñus ex eis, qui Iacobi cap. 5. 5.  
epulati sunt super terram: & in luxurijs enu-  
trierunt corda sua. Equi amatores, inquit  
Ieremias capite 5. 8. in fœminas, & emissarij  
facti sunt, &c. Quintò ex eorundem nu-  
mero sunt, qui fœminas ducunt, quæ lu-  
xuriatè sunt in Christo I. Tim. 5. II. habētes  
damnationē quia primā fidem irritā fecerunt.  
qui 2. Tim. 3. 6. penetrant domos, & captiuas  
ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ du-  
cūtur varijs desiderijs, qui 2. Pet. 2. 18. superba-  
vanitatis loquentes pelliciunt in desiderijs car-  
nis luxuria eas quæ paululū effugiunt, uti Lu-  
therum cū Florétina illa fugitiua Moniali  
fecisse superius diximus. Satius profectò fe-  
cisset talis doctor, si attendisset ad id Eccl.  
42. II. Super filiā luxuriosam confirma custo-  
diā: ne quando faciat te in opprobrium venire  
inimicis, à detractione in ciuitate, &c. Potuit  
certè hoc Lutherus à Circumcellionibus &  
Donatistis didicisse, de quib; ita D. August  
tractans locū psal. 49. Si videbas furē curre-  
bas cū eo, & cū adulteris portionē tuā ponebas.  
Annō, inquit, cum mœchis particulā suam  
ponāt, qui greges ebrios sanctimonialium  
suarum cum gregibus ebrijs Circumcellio-  
nū diu noctuq; permixtos vagaritur piter  
finunt

5. Qui  
captivas  
ducunt  
muliercu-  
las pecca-  
tis onera-  
tas.

Donati-  
sta & Cir-  
cumcelli-  
ones san-  
ctimonia-  
les corū-  
pne.

finunt? Eadem habet tom. 7. contra epistolam Parmeniani lib. 2. cap. 9. Simile est quod tom. 2 epistola 169. ad Eusebium de subdiacono quodam refert in hæc verba.

*Subdiaconus quondam Spaniensis Ecclesiae vo  
luit Subdiaconus et sana præcepta contemneret, à clericis in  
Spanien motus est: & ipse irritatus aduersus discipli-  
nā Dei, trāstulit se ad illos & rebaptizatus est.*

Duas et iā sanctimoniales cū colonis suis defun-  
do Catholiscorū Christianorum: siue idem tran-  
stulit, siue illum sequitæ: etiam ipsa tamen  
rebaptizata sunt: & nunc cum gregibus Cir-  
cumcellionum inter vagabundos greges fami-  
narum, que propterea maritos habere volue-  
runt: ne habeant disciplinam, in detestabilis  
vinolentia bacchationibus superbus exultat,  
gaudens latissimā sibi apertā esse licentiā mala  
cōversationis, unde in Catholica prohibebatur.

6. *Qui* Sextō huc referuntur, qui quocunq;  
quocunq; modo libidini suæ satisfaciunt, & dicunt  
modo libi cum impijs, Sapienriæ 2. 6. *Venite fruamur*  
*dini satis bonis que sunt, & utamur creatura tanquam*  
*faciunt. in iuuentute celeriter. Vino pretioso & un-*  
*guentis nos impleamus: & non prætereat nos*  
*flos temporis. Coronemus nos rosis antequam*  
*marcescant: nullum pratum sit, quod non*  
*transcat*

transeat luxuria nostra. Alia certè est sors electorum, & pars eorum qui vitæ castimonia hæreditatē cælestē ambiunt, quiq; seipsoſ caſtrauerunt propter regnū cælorum : qui ſibi cordi ſumunt cōmonitionē principis Apostolorū dignissimā I. Pet. 4.3 cum inquit, *Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandum his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolen- tijbus, co-emptionibus, potationibus, &c. Qui animo menteq; reuoluunt præclarū illud castitatis testimoniu à Sapiēte Sap. 4.1. tra- ditū.* O quam pulchra eſt casta generatio cum Castitatis claritate, immortalis eſt enim memoria illius: tis laus. quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines, cùm praesens eſt imitantur illam: & desiderant eam cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoquinatorium certaminum premium vincens. Et meritò quidem, cùm Ecclesiast. 26.20. omnis pon- deratio non ſit digna continentis animæ. Si quis hac virtute præditus non eſt, curet ut ſic aggrediatur animo constanti arma cōtra spirituales has libidinosas nequitias: arripiat ſcutum fidei, clypeum orationis, in quo poſit omnia tela nequissimi Af- modæi extinguere. Hoc D. Paulus ſtimu- lum carnis & angelum Satanæ ſentiens ſe ſe f-

## 254 DE FALSIS PROPHETIS,

Se fecisse 2. Corinth. cap. 12. v. 7. commemo-  
rat. Adhibeat orationi iejunium. His  
enim duobus præfidijs pudicitia sacræ fi-  
liæ Raguelis in ciuitate Rages, à tentatio-  
nibus Asmodæi Dæmonis tutæ saluaq; fuit,  
*Tribus enim diebus*, vt est Tob. capit. 3. 10.  
*& tribus noctibus non manducauit*, neque bi-  
bit: sed in oratione persistens cum lachrymis  
deprecabatur Deū, ut ab isto improperio libe-  
raret eam. vti & fecit, septem viris de me-  
dio prius per Dæmonium sublatis, qui te-  
ste Raphaele angelo Tob. 6. 14. coniugij  
ita susceperant, vt Deum à se & sua mente  
excluderent, & suæ libidini ita vacarent  
sicut equus & mulus, quibus nullus est in-  
tellectus. Quæ duo præsidia D. Paulus re-  
quirit in coniugatis secularibus, quibus li-  
citum est matrimonium, vt & Saræ fuit, &  
Tobiæ, multò magis in Ecclesiasticis &  
maximè religiosis, vti fuit Lutherus, & Bu-  
cerus qui ad tertias sacrilegas nuptias pro-  
filiit. Sic enim scribit D. Paulus 1. Cor. 7. 5.  
*Nolite fraudare iuicem, nisi forte ex consen-*  
*tu ad tempus, ut vacetis iejunio & orationi:*  
*& iterum renertimini in idipsum, ne tentet*  
*vos Satanás propter incontinentiam vestram.*  
*Hoc autem dico secundum indulgentiam, non*  
*secundum imperium. His accedat in potu &*  
*maximè*

maximè in vino moderatio. Luxuriosa  
enim, vt est Prou. 20. 1. res vinum, & tumul-  
tuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non  
erit sapiens. Nolite, inquit D. Paulus Ephes.  
5. 18. inebriari vino, in quo est luxuria, sed im-  
plemuni Spiritu sancto. Coerceat lumē oculu-  
rum ab illicito mulierū conspectu. Pepigi,  
inquit Iob. 31. 1. fœdus cum oculis meis, ut ne  
cogitarē quidem de virgine. Quam enim paro-  
tem in me haberet Deus desuper, & heredita-  
tem omnipotens de excelsis? Lutheri ergo  
pars, quia virgines Deo dicatas ad incestuo-  
sas & sacrilegas nuptias pertrahit, necesse  
est, vt non sit cum Deo, sed cum impijs,  
quos superius ex Sapientiæ 2. capite addu-  
ximus. Vtinam carnem suam cum vitijs &  
concupiscentijs, vt D. Paulus ad Gal. 5. 24.  
docet, crucifixisset: vtiq; si & experientiæ,  
& dicto Sapientis Ecclesiastici 11. 24. adhi-  
benda est fides, malitia horæ obliuionem fe-  
cisset luxuriæ maxima.

Septimò hoc referuntur ij, qui & per  
homicidia aditum ad libidinem maiorem  
committendam sibi faciunt: cuius rei sit  
argumentum, quod pientissimus ille, san-  
ctissimæ Carthusiæ Colonensis decus &  
ornamentum, D. Laurentius Surius in suis  
commentarijs scribit ex gestis anni 1563.

Sunt,

**Maior** Sunt, inquit, ex nostris qui quandoq; intabulas quasdam visitatorias istorum Euangeli-  
apud il- corum visitatorum inciderint, in ijsq; prolixa  
los quam & deteriora à coniugatis concionatoribus adul-  
apud no- teria perpetrata legerint, quam possint apud  
stros libi- Catholicos tam augusto orbe scortationes re-  
do. periri. Quidam Lutheranicus sacerdos mira-

**Lutheranus** bili fraude adeptus parochiam quandam, uxori rem duxit. Ea cum nouello marito minus ar-  
qui rideret, toxicō ab illo perimitur: ut nouis nup-  
dam sa- tis via sternetur. Interrogatus cūr tantum  
cerdos oc admisisset facinus, respondit coniugium in Lu-  
cidit ux- theranis sacerdotibus non restinguere libidi-  
orem. nem. Non enim refrenatur libido libidini in-  
dulgendo, sed grauite potius relutando, &  
pijs studijs perpetim vacando.

Octauo rei huius turpitudinem auget  
**8. Incre- incredibilis libido Anabaptistarum, qui**  
**dibilis li- non secus agunt ac gentes, quibus Lycurgi**  
**bido A- legibus permittebantur adulteria: sicut le-**  
**nabapti- gibus Persarum incestuose nuptiae cum**  
**starum. matribus, filiabus, sororibus. Præter mul-**  
ta enim nefanda, habent conuenticula, in  
quibus caninas nuptias exercent: vt ex o-  
re illorum, qui ad nos, quod rarissimum,  
redierunt, cùm in Moravia agerem, intel-  
lexi: & pius Christianus lector habere po-  
test ex eorum articulis, quos Iohannes  
Cochlaeus

Cochlæus doctissimè refutauit & maximè ex art. 17. & 19. Quam verò libidini liber-tatem tribuat Lutherus, videre est in ser-monibus conuiualibus, Epicuro aut Sar-danapalo potius quam Euangelico Docto-re dignis. Ex ijs etiam colligi potest com-mentarijs, quæ supra cap. 7. epist. i. ad Cor. edidit Ienæ anno 1558. tom. 2. fol. 310. *Lutherus quantum tribuat libidini & quid in eo genere p̄ miserit.*

Quod si, inquit, vxor aut maritus à se mu-tuo non tantum adulterij, sed iræ, dissidij, aut quacunq; causa discesserint, si volue-rint redire, possunt: etsi nōcens pars vult esse sine matrimonio, innocens pars alteri potest nubere. Imo eodem folio facie a ostendit, quod si decem ordine fugiant, quoq; potest accipere aliam atq; aliam. In eodem tomō libro de vita coniugali folio 164. a. dispensat pro suā auctoritate, non Papali sed Mahometica: & vult, quod si potens mulier contraxit cum impotente viro, vt petat à marito, vt cùm mariti fra-tre aut proximo affine clandestinum con-trahat matrimonium: prior tamē vir ma-riti nomen obtineat, ne bona ad peregri-nos aut alienos distrahantur, sed inter san-guine iunctos conseruentur: & vt maritus se patiatur ab vxore decipi, sicut illa à ma-rito contra suam voluntatē decepta fuit:

T

Siē

## 258 DE FALSIS PROPHETIS,

Sic eodem libro fol. 168. b. si vxor non  
vult reddere debitum coniugale, veniat

*Elbingen.* ancilla. Sic illustrissimus ille & sempiterna  
*jes concio* memoria dignus Cardinalis Hosius tom. 2.  
*natores ii* anno 1553. fol. 81. obijcit Matthiae Consuli  
*libidinosi* Elbingensi Braunsbergæ feria 3. Paschæ cæ-  
*& fures* terisq; Elbingensibus, quod receperint  
*quales.* anno 1549. Elbingenses concionatorem

*Petrus* cum tribus vxoribus superstitibus, & post  
*Iesan.* illum Petrum Iesam, qui cistam effregit, in  
qua fuit pecunia sacerdotum, qui Christū  
venalem ex cathedra templi promulgavit  
pro quatuordecim denarijs. Hanc libidine  
quomodo Anabaptistæ nomine pietatis

*Anabap-* tegant, constabit sequenti exemplo, quod  
*tista no-* Felicianus Capitonius in explicationibus  
*mike in-* Catholicis locorum veteris & noui testa-  
*stinctus* menti, quibus abutuntur hæretici explicat  
*Spiritus* 73. parte 1. sic tradit:

*sandi li-* Viguit nostra ætate hæreticorum secta, qua  
*bidinem* ita suis sectatoribus spiritus sancti abundan-  
*tegunt.* tiā pollicebatur, ut quæcunq; in mentem fa-  
cienda venirent, Spiritus sancti opera esse exi-  
stumarentur: pro sua autem hæresi confirman-  
da, verbis istis Pauli a Hieremia desumptis,  
quibus a Paulo probatur, legem Euangelicam  
esse gratiam Spiritus sancti, quæ in cordibus  
i. cum diffunditur, vrebantur. Inquit enim,  
Dabo

Dabo legem meam scriptam in cordibus eorum, & non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum dicens. Cognosce Dominum, quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem. Ecce (aiunt) quod Spiritus sanctus sine externis adminiculis docet, & mouet corda fidelium. Confirmabant eorum vesaniam, quoniam Christus nihil scribens dixerit: Spiritus veritatis quem ego mittam vobis à patre, docebit vos omnem veritatem. Igitur Iesu Christi veritas non à libris Anabap  
tistarum  
sensus q  
impius p  
cateris. sive scripturis, sed à Spiritu sancto, qui est in cordibus fidelium habetur. Profecto nescio, an nequior, aut pestilentior possit inueniri secta, & quae ad omnia mala parentiores faciat aditus quam ista. Omnia enim quae vult credit, & quae non vult non credit: quae vult facit, & quae non vult, non facit: impietatem habet pro pietate, & vitia existimat virtutes &c. Euenit in quadam Italiae ciuitate, ubi hac secta sibi plurimos adiunxerat, quod quidam volens amici sui constuprare filiam, hoc astutus est. Dixit amico, Spiritus sanctus mihi dicit, quod cum uxore tua dormiam, ille Spiritui sancto credens annuit, domumque reversus imperat uxori cœnam parare, cubiculum & lectum sternere, & quicquid amicus ad cœnam venturus iuberet exequi, & ad am-

cum alium diuertit. Sub noctem autem venit amicus constuprator, cœnatur hilariter, & postea petat ut filia, (quæ virgo erat) secum dormiret: paruit mater, paruit filia, propter imperium mariti. Reuertitur manè maritus, percunctatur quid factum sit. Cognita autem re, accepit pugionem, & prostruens in plateam inuenioque si iam stupratore aut: Num dixisti Spiritum sanctum iubere, quod cum uxore mea concumberes? Cur ergo mentitus es Spiritui sancto? Et modo mihi quoq; dicit Spiritus sanctus ut te interficiam; ac simul tribus aut quatuor ictibus percussum prostrauit, unde manifestata secta per principes Christianos deleta est. Huius fœdæ libidinis non minima iecit fundamenta Erasmus Roterodamus in suo Encomio matrimonij, cuius verba, ne honestis auribus turpitudinem ingerat, silentio prætereunda iudico; Sicut & Lutherus libro de vita coniugali, vbi asserit coniunctionem illâ maris & fœminæ magis esse necessariam vnicuiq; quam comedere, dormire, screare. Quam hæresin incertum exitium imbecillum quorundam Christianorum à Iouiniano heretico olim conceptū, dicti duo Lutherus & Erasmus ab inferis reuocarunt, rationib<sup>o</sup> ijsdē ducti, quibus Iouinianus, quas ex confutatione

D. Hie-

D. Hieronymi, quam habet libro i. contra Iouinianum, quius facile intelliget, quam subijciendam, licet cum præfatione honoris, iudico. Periclitamur, inquit, responsionis verecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam castitatis & pudicitiae συμπλήγαδας, hinc atq; inde pudoris, vel cause naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur: Si pudor impetrari silentium, quasi de loco videbimus cedere, & aduersario feriendi occasionem dare, melius est tamen clausis quod dicitur oculis. Andabatarum more pugnare, quā directa spicula clypeo non repellere veritatis. Poteram quidem dicere, quomodo posterior pars corporis & meatus, per quem alii stercore egeruntur, relegatus est ab oculis, & quasi post tergum positus: ita & hic qui sub ventre est, ad dirigendos humores & potus, quibus venae corporis irrigantur, à Deo conditus est. Sed quoniam ipsa organa & genitalium fabrica, & nostra fœminarumq; discretio, & receptacula vulne, ad suscipiendos & coalendos fœtus condita, sexus differentiam prædicant: hoc breuiter respondebo. Nunquam ergo cessemus à libidine: ne frustra huiusmodi membra portemus? Cur enim maritus abstineat se ab uxore? Cur casta vidua perseueret? si ad

Hieronymus ad argumenta Iouiniani.

T 3

boc

hoc tantum nati sumus ut pecudum more vivamus? Aut quid mihi nocebit si cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium est, mandere: & in aluum ea que sunt mansa transmittere; & non habet crimen qui coniugi meae panem dederit; ita si genitalium hoc est officium, ut semper fruan-  
 tur natura sua, meam lassitudinem alterius virtute superent: & uxoris (ut ita dixerim) ardentissimam gulam, fortuita libido restin-  
 guat. Hęc Hieronymus, & iterum idem D. Hieronymus. Quid, inquit, sibi vult Apo-  
 stolus, ut ad continentiam cohortetur; si con-  
 tra naturam est? Quid ipse Dominus, qui  
Eunuchorum præcipit varietates? Certe A-  
 postolus qui ad suam nos prouocat pudicitiam  
 debet constanter audire: cur portas veretrum  
 o Paul? Cur à sexu fœminarum barba, pilis,  
 aliaq<sub>3</sub> membrorum qualitate distingueris?  
 Cur tuae non intumescunt papillæ, non dilata-  
 tantur renes, non pectus arctatur? vox obsole-  
 tior est, sermo ferocior & hirsutus supercilium.  
 Frustra hęc omnia virorū habes, si complexu-  
 non ueris fœminarum. Compellor aliquid  
 loqui & insipiens fieri; sed vos me ut loqui au-  
 dicam coegistis. Dominus noster atq<sub>3</sub> saluator,  
 qui cùm in forma Dei esset, formam servi di-  
 gnatus est assumere; factus obediens patri usq<sub>3</sub>  
 ad more-

ad mortem, mortem autem crucis, quid necesse erat, ut ijs membris nasceretur, quibus usus non erat? Qui certe vir sexum ostenderet, etiam circumcisus est. Cur Iohannem Apostolum & baptistam sua dilectione castrauit, quos viros nasci fecerat? Qui ergo in Christum credimus, Christi sectemur exempla. Et si noueramus illum iuxta carnem, certe in resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nunc vivimur, licet auctior gloria. Nam saluator intantum ipsum corpus habuit post inferos, in quo & crucifixus est: ut manus perforatas clavis & lateris vulnus ostenderet. Porro si clavis ingressus est ostijs: quod humanorum corporum natura non patitur, ergo & Petrum & Dominum negabimus vera habuisse corpora; quia ambulauerunt super aquas, quod contra naturam est. In resurrectione mortuorum non nubent neque nubentur, sed similes erunt angelis. Quod alij postea in celis futuri sunt: hoc virgines in terra esse coeperrunt. Si angelorum nobis similitudo promittitur, inter angelos autem non est sexus diuersitas: aut sine sexu erimus, quod angeli sunt: aut certe quod liquido cōprobatur, resurgententes in proprio sexu, sexus nō fungemur officio. Hec Hieron. Plura in hanc rē dici possent, quæ breuitatis causa omittim⁹, & in aliud tempus reiici.

T 4

reijci.

reijcimus; expectaturi si quis se censorem  
huius nostri libelli venditare voluerit:  
breuib[us] interim adhuc sequenti capite  
acturi, num naturæ legibus omnino con-  
tradicit castitatis conseruandæ studium:  
an verò ventris usus potius naturæ officiat,  
eamq[ue] de recte valetudinis arce deiijciat &  
exturbet. Ad quod multarum animarum  
& corporum Christianorum salus me li-  
cet verecundiæ studio renitentem, meri-  
tò compellit.

## CAPVT XVIII.

VTRVM VENERIS USVS  
ita ex sententia Lutheri necessa-  
rius sit hominibus, sicut come-  
dere, bibere, dormire, screare; an  
potius naturæ incommoda af-  
ferat, & quænam illa, &  
quotuplicia.

**P**lurimum dubitau[er] dum hoc in opus-  
culo versor, vtrum ex re nostra foret,  
rem hanc discutere, verecundia materiæ  
huius quam maximè ab animi sententia  
reuocatus: disputandum tamen breuiter  
hac

hac de re censui. Idq; vel maximè, cùm ad  
hoc vitium naturæ debilitate, faciliùs ab  
ipsa adolescentia feramur, & improborum  
hominum sententijs & scriptis, vt in Lu-  
thero videre est, latior indies libidini via  
sternatur : & Christianorum certissimum  
cùm animæ tum corporis dispendium no-  
bis ipfis, & maximè nobilissimæ iuuentuti  
ni caueamus, adhærescat. Ut ergò habeat  
Christianæ iuuentus, quasi in speculo in-  
commoda libidinis, & pastori aut anima-  
rum curatori suppetant rationes & media,  
quibus oues suæ curæ fideiq; concreditas,  
ab hoc lethali veneno arceat: ostenden-  
dum erit Veneris vsum, quām pluri-  
mum & animæ & corpori officere. Animæ  
certissimum exitium superiori capite satis  
superq; ex sacris literis comprobauimus,  
cùm variarum libidinum seriem cōtexui-  
mus, saluo semper cum D. Paúlo Heb. 13. 4.  
*honorabili coniugio in omnibus, & toro imma-  
culato: salua itē commonitione à seniore*  
Tobia data iuniori Tobiæ , Tob. 4. 13.  
*Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: &  
præter uxore tuam nunquam patiaris crimen  
scire. Qui enim, vt est Ecclesiastici 19. 3 se  
iungit fornicarijs, erit nequam. putredo & ver-  
mis hæreditabunt illum, & extollebitur in ex-*

T 5                  exemplum,

*Anima  
exitiu ex  
libidine.*

*emplū maius, & tolletur de numero animae eius,*  
*sicut rē hanc Deo duce otio maiorī dato in*  
*Thesauro nostro biblico, quē habem⁹ præ*  
*manibus, deducemus: & sub finē capitīs nō.*  
*nulla attingemus. Nunc verò quę incōmo-*  
*da corporis afferat, siue in genere vsum Ve-*  
*neris spectemus: siue generales corporis in-*  
*firitates inde scaturientes examinemus:*  
*siue in particulari singulas partes corporis*  
*discutiamus: ostendendū erit adhibitis Phi-*  
*losophorū & Medicorū, atq; adeo sancto-*  
*rū Patrum quorundā iudicijs & sententijs.*  
*Ea tamē lege, ne existimet lector omnes q̄*  
*similibus morbis & incōmoditatibus labo-*  
*rauerint, quòd eos ex hoc vitio concepe-*  
*rint: Nā hæc & alio vitio naturæ contrahi*  
*queunt, verum q̄ illi, quos Veneri sese im-*  
*mersisse cōstat; vix vllū horum effugiāt, vt*  
*in nōnullis expertus fui, quos ab hoc vitio*  
*aliquando diuina patrocināte gratia abdu-*  
*xi, nulla alia vllorū medicorū cura aut in-*  
*dustry, & pristinæ sanitati restitui, nisi sola*  
*Veneris abstinentia, & vitę continentioris*  
*In gene- obseruantia. Ad rē ergo veniendo, si in ge-*  
*re quan- nere Veneris vsum spectemus: fieri nō po-*  
*tū obſit, test quin natura ipsa debilitetur potius quā*  
*natura cōfirmetur: generatio enim vnius, vt Ari-*  
*deget, & stotelis & cōmunis omnium philosophorū*  
*fert*

fert sententia, est corruptio alterius. His ad- *seminis*  
de in genere discursu ipsum philosophorū *aut sper-*  
& Medicorū de re & natura spermatis aut *matus cō-*  
*seminis*. Sperma siquidem ex sanguine ope *stitutio-*  
timē decocto digestoq; quarta & nouissi-  
ma digestione gignitur. Sperma Pythago-  
ras apud Plutarchum lib. 1. de placitis Phi-  
losophorum dicit esse nobilissimā sangu-  
nis spumam, alimenti retrimenti, ut san-  
guinem quoq; & medullam. Post hunc A-  
ristot. lib. 1. de generatione animalium af-  
serit, semen esse excrementum vltimi ali-  
menti sanguinei. Idē Medicorum omniū  
post Hippocratē facile princeps Galenus,  
tum alibi multoties, tum verò lib. 2. de se-  
mine cōfirmat, docens semē non esse aliud  
quod sanguinē in venis, quæ ipsum continent,  
exquisitè confectum. Idem docet Soranus  
Ephesius in Isagoge ad medicinam, Erafi-  
stratus & Herophilus apud Octauiu Horati-  
num, & Auicenna. Et ex Theologis Me-  
dina lib. 4. de sacrorum hominum conti-  
nentia, controversia 6. ad 20. Ex his facile  
elicit quiuis, non posse non in genere quā  
plurimas infirmitates humano corpori  
oboriri ex immodica nobilissimi huius se-  
minis emissione, quod per quemcunq; Ve-  
neris usum à corpore humano secernitur.

Primò

*1. Vitam  
abbreui-  
at.* Primò enim necesse est, vt vitam homi-  
nis abbreviet. Hinc Sapiens Proverb. 5. 9.  
*Ne des, inquit, alienis honorem tuum, & an-*  
*nos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei*  
*viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena,*  
*& gemas in nouissimis, quando consumperis*  
*carnes tuas & corpus tuum.* Idem ex Eth-  
nicis docet Hesiodus in Theogonia, Ari-  
stoteles de longitudine & breuitate vite  
cap. 3. & ex Arabibus Medicis & Philo-  
phis Auerroes Rasis ad Almansorem, &  
ex nostris Arnoldus Villanouanus. Valef-  
cus Tarentinus. Ex Theologis verò D.  
Chrysostomus homilia, Quod nemo la-  
ditur nisi à se ipso, & Albertus Magnus Ra-  
tisponensis Episcopus. Medina lib. 4. de  
sacrorum hominum continentia, contro-  
uersia 4. cap. 7.

*2. Vires  
naturales  
minuit &  
quantum  
eas debi-  
liter.* Secundò vires naturales corporis mi-  
nuit, corpusq; alioquin robustissimum de-  
bilius reddit. Semen enim cùm sit sanguis  
purissimus, vt superiùs ostendimus, neces-  
se est, vt per eius excretionem virtus quo-  
que corporis marcescat. Testis huius defe-  
ctus est Aristoteles lib. 1. de generatione  
animalium cap. 18. & in Problematis se-  
ctione 4. problem. 6. & sect. 4. probl. 21.  
Hinc Auicenna docet hominem ex coitu  
magis

magis debilem reddi, ac discolorari & cōtabescere, quām si quadragesies tantum sanguinis per phlebotomiā emitteret. Vide Aristotelem 3. de generatione animantium capite vlt. Idem sensit Hippocrates sicut &, vt Galeno placet, Polybus lib. πε-  
σί γονής id est, de genitura. Idem Sphæræus Bosporanus apud Laertium in vita Zenonis, & Censorinus, & omnes posteriores medici vno, quod sciam, Auerroe excepto. Hinc & athletæ à Venere abstinent, teste Galeno lib. 6. de locis affectis, & Simplicio Philosopho. Et de Icco Aelianus quoque meminit lib. II. de varijs historijs. In eandem rem scribens Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatū. Aiunt, inquit, athletas non paucos abstinere à Venere, propter exercitationem corporis cōtinentes, quemadmodum Crotoniale, Astylon & Chrysouem & Hymeræum. Vide eundem lib. 2. pædag. cap. 10. Exemplum habes in Dositheo 31. lib. rerum Lydicarū.

Tertiò Veneris usus non tantum ab- 3. Tollit  
breuiat vitam, & vires corporis marcidas vitam, &  
reddit ac minuit: sed ipsam quoque vitam qui in ea  
adimit. Cornelius Gallus Prætorius, in- periore.  
quit Plinius lib. 7. Naturalis historiæ cap.  
53. Q. Aeterius eques Romanus in Venere  
obiere.

obiēre. Et quos nostra annotauit ætas, duo equestris ordinis in eodē Pantomio Mythico, tum forma præcellente, sic teste Petro Damiano quidam princeps Tarentinus vitam finijt. Sic Beltrandus quidam Barchinonensis cognomento Ferrarius teste Pontano & Iohanne Rauisio in officina sua expirauit. Idem & Pindaro contigisse commemorat, quamuis Valerius Maximus lib. 9. cap. 10. aliter sentiat. Eodem mortis genere Speusippus Platonicus teste Tertulliano in Apologetico peremptus est, cuius rei certissimam & philosophicam causam dat Galenus lib. 1. de spermate, quod animales particulæ non solum seminali humiditate destituantur ex superfluo coitu, sed etiā vitali spiritu, qui ex arterijs euocatur cum spermatica humiditate.

4. *Animales vires quæ ad sensus pertinēt iedit.*

*Cerebrū exhaustum*

Quartò animalibus quoq; viribus perniciosa est, ijs scilicet, quæ ad sensus pertinent, idq; ob læsum cerebrum. Hinc Galenus lib. 3. morborum popularium, & Hippocrates docet salacibus cerebrū adeo per frequentes Veneres minui, vt in cuiusdā hominis dissectione & anatomia caput pene cerebro vacuum repertum fuerit. Ex quo ipse colligit magnam spermatis partē

in

in coitu ex cerebro secerni. Quod ex eius imitatione posteriores medici, tum Ara-  
bes tum Latini & Græci docuerunt. Aui-  
cenna in suo Fen, & antidotario. Alber-  
tus Ratisponensis Episcopus lib. 22. de ani-  
malibus capit. 4. Arnoldus Villanouanus  
in speculo introductionū medicinalium  
cap. 83. & lib. de regimine sanitatis. p. 2. c.  
6. & seq. Hinc quorundam philosopho-  
rum placitum, semen cerebri esse portio-  
nem. Galen. de philosophica historia,  
Alcmæon philosophus apud Plutarchum  
libro de placitis Philosophorum tertio.  
Hippocrates medicorum parens lib. de  
aere & aqua, & regionibus adiacentibus.  
Huius rei signum est, quod si quibus ve-  
næ post aures incidentur, deinceps non  
spermatizent, & si quid tale emittant, id  
non esse prolificum. Hinc & spadones  
caluos effici non posse docent Hippo-  
crates lib. 6. Aphorismorum & lib. de  
natura pueri, & Aristoteles lib. 3. de hi-  
storia animalium capite II. & sect. 10.  
problem. 36. & Plinius libr. II. Natu-  
ralis historiæ cap. 37. & Aristoteles lib. 5.  
de generatione animalium cap. 3.

Quintò læditur memoria, teste Aetio  
Tetrab. 2. serm. 2. cap. 23. ac per conse-  
quens

5. Lædit  
memori-  
a, sensum

*commu-**nem, phä**tasiam.**6. lredit**visum.**7. moti-**ua virtus**corporis**repefecit.*

quens communem phantasiā, omniaq;  
interiora hominis sensoria lēdi necesse est.

Sextō visus lēditur, idq; propter ce-  
rebrum, nam ab eo in oculos spiritualis  
illa sentiendi vis defluit teste Plinio lib. II.  
Nat. hist. cap. 37. Galeno lib. 7. de placi-  
tis Hippocratis & Platonis, Aetio Tetrab.  
2. ser. 2. cap. 1. præcipitq; Galenus lib. 4.  
de compositione medicamentorum se-  
cundum locos, capite 8. ex Archigene, in-  
fluxionibus circa oculos in principio con-  
uenire cibi & potus parcitatem, & maxi-  
mè omnem rei Venereæ abstinentiam  
quod idem & posteriores medici præce-  
perunt: vti Aetius Tetrab. 2. ser. 3. cap. 4.  
Auicenna locis citatis, Rāsis ad Almanso-  
rem lib. 6. continent, capite: 4. & nouissi-  
mus omnium doctissimus Meinardus  
Ferrariensis lib. 6. epistolarum Medici-  
naliū epistola 4. Huius rei etiam habet  
rationes Aristoteles sect. 4. problem. 2.  
Vide & Chrysostomum hom. quod nemo  
lēdatur nisi à seipso, & Ambrosium in Lu-  
cam lib. 4. cap. 17. super illud Lucæ 4. So-  
crus autem Simonis tenebatur magnis fe-  
bribus &c.

Septimō motiua virtus corporis tepe-  
scit. scit. Animales enim spiritus à cerebro per  
spine,

spine medullam in vniuersos musculos descendit, qui motionis animalis sunt instrumenta. Læso itaq; cerebro, quod ante ostendimus, medullam neruofsq; lædi necesse est. Arescente ergo cerebro, medulla quoq; quæ eiusdem, vt pleriq; docti docuerunt, est naturæ, exarescat necesse est. Hinc Hippocrates tradit medullam spine maximè siccescere, cum venulæ medullam petentes sopiuntur & obducuntur, & cerebri meatus corporis malignitate id patitur: sed præ cunctis alijs nimio coitu has venulas arescere. Sunt etiam multi in ea sententia, quod semen è cerebro (vt iam diximus) per spinam ipsam in membra genitalia defluat. Hinc Plutarchus libro 5<sup>o</sup> capite 3. de placitis philosophorum refert Platonem dicentem, semen haud aliud esse, quam vertebral is siue spinalis medullæ defluuium. Vide & Aristotelem sect. 10. problem. 56. Quod vero nerui, per quos corporis partes instrumentales mouentur, à cerebro per medullam spinalem descendent, præter ipsam humani corporis anatomiam Galenus multis locis demonstrat, vt libro de Hippocratis & Platonis decretis 1. 2. 7. & 8. & libro de neruorum distinctione, lib. 1. & 7. de usu partium, lib. 1. de

7. Motte  
ua virtus  
corporis  
tepescit.

Cerebri  
læsio quā  
tum obficit.

Seminis  
alia des-  
criptio.

semine cap. 5. & 8. lib. 4. de motu muscu-  
 lorum cap. 17. & lib. 7. cap. 3. Demum Ga-  
 lenus lib. 7. de placitis Hippocratis & Pla-  
 tonis, docet neruos eandem cum cerebro  
 cerebro habere substantiam, nisi quod compactio-  
 habet sub re materia constituti sunt. nec facilè à quo-  
 stantia. libet patientur, ideoq; eos cerebri auxilio  
 indigere. Hinc fit quod eadem ratione,  
 qua cerebrum per usum Veneris laeditur,  
 laedantur quoque nerui partium instru-  
 mentalium. Quod præter Galenum in co-  
 ment. Aphorismorum Hippocratis lib. 3.  
 docet Oribasius lib. 1. Euporistôn cap. 22.  
 & lib. curationum cap. 144. Aetius lib. 1.  
 Tetrab. ser. 3. cap. 8. Auicenna locis cita-  
 tis. Rasis lib. contin. 11. cap. 4. Valeſcus  
 Tarentinus in Philonio lib. 6. cap. 2. Et  
 ante hos omnes Cornelius Celsus lib. 1. ca-  
 pit. 9. & lib. 3 capit. 27. Pro exemplo huius  
 infirmitatis libet adiçere, cum ante 26. an-  
 nos adolescentem quendam secularem  
 do auctor insignem vidisse contabescere & certa  
 curauerit quadam parte, in qua motu vis non infi-  
 adolescē- ma est, ita laborare, vt loco se mouere nul-  
 tem libi. la ratione posset, obseruasse, etiam eum  
 dinosum. quorundam iuuenum depravatorum mo-  
 rum familiaritate corrumphi, cùm medici  
 & chirurgi omnem adhibuerent indu-  
 striam

stria, sed gratis omnia tentassent, tandem suasi, ne vlla alia medicina vteretur, quam fuga mali consortij, & continua abstinentia Venereo abstinentia, qui quasi quotidianus ei erat. Discessi postmodum in L<sup>u</sup>uoniam, certo ergo quodam loco idem adolescens mihi formosus admodum in habitu Ecclesiastico occurrit, salutat, gratias agit pro beneficio & animae & corpori suo præstito. Miratus agilitatem & formam adolescentis, quem tum tabidum & immobilem ante paucos annos reliquerat, rogaui qua medicina curatus sit, & a quo medico, respondit a nullo nisi quod in primis Dei, tum tuo consilio abstinuerim ab omni actu Venereo, & experior nihil magis ad vires recuperandas facere, quam animum planè ab omni libidinis cogitatione abducere. Personam & locum studio supprimbo. Vtinam multi huiusmodi consilia sequerentur & florem nobilissimæ iuuentutis non defœdarent libidine: sed sibi supererent dictum id Salomonis, Ecclesiastici 12. 1. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquant anni, de quibus dicas, non mihi placent.

*8. Para-  
lysin &  
poplexia  
Podagrā  
Chira-  
gram ad  
ducit.*

Octauò non modò paralyxin, quormē bra quædam soluuntur; sed & apoplexiam inducit, vt testis est Cornelius Celsus lib. 3. capite postremo, qui illis suadet vt rarissimè coitu vtantur. Idem lib. i. cap. 9. & lib. 4. cap. 24. Hinc podagram, Chiragram, variosq; articulorum & iuncturarum morbos oriri, aut certè eius vsu vehementissimè intendi aut exacerbari demonstrat. Vbi etiam scribit quosdam, cùm uno anno integro à vino & Venere sibi temperassent, hos & similes morbos euasisse. Idem docet Galenus lib. 6. morborum popularium. & Hippocrates lib. 6. commentariorum cap. 28. & 30. vbi refert spadones & pueros ante usum Veneris non pati podagram. Plinius Valerianus lib. 3. de re medica cap. 14. prohibet ante omnia, ne podagricus mulierem contingat. Vide Paulum Aeginetam lib. 3. cap. 78. & lib. 7. cap. 11. Octauium Horatianum lib. 12. rerum medicarum c. 21. Sic Auicenna, Rasis ad Almansorem lib. 9. c. 90. & lib. division. cap. 2. Chrysostomū homilia. Quod nemo læditur nisi à seipso. Nonò inducit & epilepsiam siue morbum comitialem. Sic docet Cornelius Celsus lib. 3. c. 23. Sic Galenus lib. 6. morborum popularium.

Sic

*9. Epilep-  
siam seu  
morbum  
comitia-  
lemin-  
ducit.*

Sic Hippocrates, sic Paulus Aegineta lib. 3.  
cap. 13. Alexander Trallianus lib. 1. de  
morbis acutis cap. 21. Iohannes Messue A-  
rabs in eo libro, qui Garabadia, id est, An-  
tidotariū inscribitur, cap. de epilepsia, A-  
uicenna & Rasis locis citatis.

Decimò Hydropen etiam turpissimam <sup>10. Hydro</sup>  
passionem inducit, teste Cornelio Celsoli <sup>pen gene-</sup>  
bro 3. cap. 21. Vbi & illud addit, & monet <sup>rat.</sup>  
si quis ab ea praua corporis affectione libe-  
ratus fuerit & conualuerit, alienum ei om-  
nino esse debere Veneris vsum.

Vndecimò leprā quoq; inde trahi tradit <sup>11. & 12.</sup>  
Aetius Tetrabili 4. 1. c. 125. Idem docet A- <sup>leprā &</sup>  
uicenna in 4. tertij & in 7. tertij cap. 4. <sup>alociana</sup>  
Huius rei certissimū signum & experimē- <sup>infert.</sup>  
tum est, quod, vt Archigenes scriptum re-  
liquit, nullus spado lepram contrahat. His  
adde & duodecimò Alociam, id est depila-  
tionem siue capillorum defluuium, quæ  
etiam passim lepram consequitur, vt patet  
ex dictis.

Decimotertiò febrē quoq; hecticam, id <sup>15. Febrē</sup>  
est, consuetudinariā inde progenerari do- <sup>hecticam</sup>  
cet Auicenna in 22. tertij tract. 2. cap. 24. <sup>concilias</sup>  
& Rasis ad Almansorem lib. 4. cap. 17. & <sup>& alias</sup>  
plures alij doctissimi medici. Febres præ- <sup>febres.</sup>  
terea adurentes, etiamsi febres ex phleg-

278 DE FALSIS PROPHETIS,

mate sint; vt ex Auicennæ auctoritate scribit Petrus Apoësis in cōmen. probl. Arist. stotelis par. 4. c. 50. XIII. phtoen quoq; aut tabem, etsi quidā inter hæc discrimen agnoscāt hinc propagari tradit Hippocrates lib. 2. de moribus. Idē docet Cornelius Celsus lib. 3. c. 22. & Lucian. in Saturnalib.

15. Choli- Decimoquinto cholicam deinde pa-  
ca infert. sionem & auget & generat, quamuis & hæc alias causas habeat, siue calida sit, siue frigida: multiq; medici ex quadam inscitia, vt Alexander Trallianus docet, inter vtrāq; non distinguant: ac proinde quam pluri- mos, vt idem docet de hoc morbo scribens, interimant. Oritur enim etiam ea aliquan- do ex nimia cibi potusq; abstinentia. Interim si Veneris usus accedat, eam inde au- geri tradit Cælius Aurelianus lib. Chro- niō. 4. c. 7. Auicenna 22. tertij tract. 2. c. 11.

16. scabiē Decimosexto scabiē deinde prurien- tem inde oriri tradit Auicenna in 7 quæst. tract. 5. cap. 7. vbi scabiosos omnes à coitu cessare iubet, eum enim ait mouere mate- riam ad exteriora, & excitare vaporem calidum & putridum venientem ad super- ficiem cutis, illicq; putrescere.

17. Tuf- Decimosseptimo tussim quoq; & ma-  
sum facit. ximè sitim sitim inde gigni docet Corne- lius

lius Celsus lib. 3 c 23. & Lucianus in Saturalibus. Decimoctauo Gonoream quoq;  
seu seminis profluuium hinc aliquado ori-  
ri quidam afferunt: qua affectione sicut &  
lepra qui laborant in veteri testameto Le-  
uit. 22. 4 prohibentur vesci de his quae Do-  
mino sanctificata fuerunt. Vide de hac af-  
fectione, & huius causa Paulum Aeginetam  
lib. 3 c. 57. Aetiū in tetrab. 3. ser. 3. c. 34. idq;  
ex auctoritate Galeni, qui eos qui morbo  
hoc corripiuntur, iubet omnē de rebus Ve-  
nereis cogitationē tollere. Quod & Alexā-  
dro Trall. placuit l. 8. c. 9. de morbis acutis.

XIX. ignominiosas illas passiones, quas  
Grēci medici Satyriasis & Priamismū vo-  
cant, nostri membrorū genitaliū tetigēnē  
& immodicū præter naturā rigorē vocare  
possimus. Qnæ duo aut sunt idē, vt Aetius  
Tetrab. 3. ser. 3. c. 34. & Theodor. Priscian.  
volūt; vt alij volūt distincti láguores; Ex  
quib⁹ est Ostau. Horatian. medicarū rerū  
lib. 2. c. 11. Has verò duas prauas corporis af-  
fectiones ex vsu Veneris induci C̄lius Au-  
relian⁹ morborū acutorū lib. 3 c. 18. & Pau-  
lus Aegineta l 3. c. 53. docēt. Quanq; Galen.  
doceat eos quoq; morbos ex Veneris absti-  
nētia aliquado deriuari, & eius quoq; aucto-  
ritate Aetius tetrab 3. ser. 3. c. 32. confirmat.

V 4

Vigesimō

18. Cho-  
norēam  
gignit.

19. Saty-  
riasis &  
priamis-  
mum mo-  
uent.

*20. infert  
epidimiā  
sive pestē.*

Vigesimò infert omnium morborum grauissimum morbum Epidimiam, quam pestem Latini vocant. Cui rei certissimum testimonium omnes quotquot sunt in re medica versatissimi perhibent, præcipue verò Cornelius Celsus lib. I. medicarum cap. 10. Rasis de pestilentia cap. 4. Aucenna I. quæst. quart. c. I. Valesius Tatteninus in libello suo de pestilentia cap. 8. Neq; in vlo obseruauit medico, qui inter cætera preseruatiua pestis, non submonuerit omnino à coitu esse abstinentum. Spiritibus enim vitalibus, vt superius diximus, per coitum vnà cum semine emissis, necesse est vt venenum citius sedes vitales, vt cor, & cerebrū, & hepar penetret, quam ante poterat; citiusq; cor ipsum sua virulentia suffocet. Et hæc de generalibus infirmitatibus, qui hinc prodeunt prudenti sufficiant. Nunc præcipua corporis membra, quibus subuersis hominem posse subsistere est impossibile, ~~veniamus~~. Nocet itaq; primò capiti, vt author est Oribasius lib. I. Euporistōn cap. 22. eò q; cerebri in

*Libido  
12. corpo  
risparteo  
maxime  
ludit.*

*1. Caput*

*2. Dentes*

eo sedes sit, nonnulliq; inuenti sunt ex his, qui continuè quasi libidini seruierunt, in quorum anatomicis vix aliquid cerebri inuentū, vt superius infirmitate 4. diximus.

Secun-

Secundò dentibus, qui decoris & digestio-  
nis non minima portio sunt, plurimū offi-  
cere Celius Aureliā. lib. Chroniō. 2. c. 4. &  
Aetius 1. tetrabili. ser. 3. c. 8. auctores sunt.

Tertiò gurgulioni officere docet Ae-  
tius primo tetrab. 1. ser. 3. cap. 8. Quartò  
cordi & hepati officit quām plurimum,  
cū enim hæc duo ternarium illum in ce-  
rebro membrorum vitalium numerum  
constituāt, quod Arnoldus Villanouanus  
in suo speculo introductionum medicina-  
lium annotauit, necesse est, vt venereo cō-  
gressu lēdantur, vt ex dictis superiùs infir-  
mitate 1. 2. & 3. satis patet. Quintò pul-  
moni detrimentum afferre docet Oribasius  
lib. 1. Euporistōn cap. 22. Sextò pecto-  
ri nocere docet ibidem Aetius tetrab. 1. ser.  
3. cap. 8. & Oribasius. Septimò vesicæ &  
coxendicibus molestiam afferre docet idē  
Aetius. Octauò stomacho, quem Macro-  
bius libro Saturnalium 7. cap. 4. corporis  
patrēfamilias, alij præsepe & coquum vo-  
cant, officit plurimum teste Galeno lib. 3.  
morborum popularium, Hippocrate com-  
ment. 1. quo loco de Phytione quodam  
differit, & Aetius ex Philagrio Lycio Ma-  
censi tetrab. 3. ser. 3. cap. 34. vbi eos qui  
stomacho laborant, iubet abstinere à spe-

3. gurgu-  
lionem.

4. cor &  
hepar.

5. Pult.

6. Pectus

7. Vesicæ

& Coxen.

dices.

8. Sto-  
machum

Et cculis & lectionibus q̄ Venereq̄ rei vsum  
 in memoriam reuocare possunt, consentit  
 & Auicenna. Stomachum autem laesum v-  
 niuersis humani corporis membris exitiu-  
 afferre Apologus ille Aesopi de illis aduer-  
 sus eum coniurantibus, satis edocet. Docet  
 idem Apologia, quam Menenius Agrippa  
 ad conciliandam plebem patricijs, apud  
 Liuium libro 2. & Plutarchum in Marcio  
 Coriolano, cū vrbe excescerunt, sufficien-  
 ter cōmonstrat. Nonò ventri plurimū  
 obesse docet Aristoteles sectione 4. probl.  
 18. docet idem Cholicus & iliacus morbus,  
 10. renes. de quo egimus infirmitate 18. Decimò-re-  
 nibus plurimū nocere docet Galenus li-  
 bro 6. morborum popularium ; Hippo-  
 crates comment. 6. Aetius tetrab. 1. ser. 3.  
 cap. 8. & tetrab. 3. serm. 3. cap. 2. Idē Rufi  
 Ephesij auctoritate confirmat, & iterū te-  
 trab. 3. ser. 3. c. 30. ex Archigene Apomeo  
 qui Romæ sub Traiano vixit. Aristoteles  
 demonstrationem dat sect. 4. problem. 2.  
 Renes, inquit, omniū maximè sentiūt, quia  
 in vicino positi sunt, & ipse quoque semi-  
 nis trāsitus; cùm per ea loca perspicuē aga-  
 tur, extenuare procul dubio potest, adimit  
 enim non addit per istā suam propinquita-  
 tem. Ante quos omnes Hippocrates lib. de  
 morbis

*9. ventrē*

*10. renes.*

sum  
 entit  
 m v.  
 xitiū  
 uer-  
 ocer  
 ippa  
 pud  
 rcio  
 cien-  
 nūm  
 obl.  
 bus,  
 b-re-  
 is li-  
 po-  
 r. 3.  
 Rifi  
 ite-  
 neo  
 eles  
 n. 2.  
 quia  
 mi-  
 aga/  
 mit  
 ita-  
 . de  
 rbis  
 morbis intraneis scriptum reliquit, vnum ex quatuor rerum morbis maximè fieri ex nimio coitu. Quāuis Galenus & posteriores medici lib. 3. sympt. & lib. natur. facūl. & lib. de fœtus formatione, renes non semini sed excernēdo lotio destinare decreuerit. De qua re multa Andreas Vesalius lib. 5. de humani corporis fabricatione cap. 10. Carolus Stephanus lib. 2. de dissectione partium humani corporis & Ioannes Valuerdis Hispanus lib. 3. de historia compositionis humanæ & anatomici. Quod etiam Aristoteles lib. 3. de partu animalium c. 9. ex eo demonstrat, quod nullū animal penatum, squamatum aut corticatum, & in summa quæcunq; lotium non faciunt, renibus à natura sit præditum, & tamen omnia semē excernunt. Vndeclimò lateribus quoq; quā maximè officit, eò quod latera quæ labori q̄ maximè sunt necessaria, partibus genitalibus sint propinqua: quo fine & à Christo Domino Luc. 12. 35. lūbos præcīngere iubemur. Sic Helias accinctis lumbis 3. Reg. 18. 46. currebat, & puer Helisæi 4. Regum 4. 29. ad excitandum puerum, & vñus ex prophetarum filijs ab eodem Helisæo 4. Regum 9. 1. ad inungendum Iehu in regem Israël mittitur. D. quoque Iohan-

*11. lateræ**Lumbo-  
rum præ-  
cinctiō.*

Iohannem Baptistam præcinctis lumbis  
zona pellicea viā Dei præparasse. D. Mat-  
thæus cap. 3. 4. Marcus cap. I. 6. tradit. Ad  
eos verò qui libidine vacant, Naso inquit,  
*Vidi ego cum foribus lassus prodiret amator.*

*Inuallidum referens emeritumq; latus.*  
**12. Pedes** *Manus*, Duodecimò pedibus infirmitatem indu-  
visum, & cere ostendit Aetius tetrab. I. ser. 3. cap. 8.  
*cerebrū* & satis liquet ex ijs quæ de podagra su-  
perius infirmitate 8. annotauimus. Idem  
iudicium de manibus, quæ chiragrâ hinc  
corripiuntur. De visu etiam superius in-  
firmitate sexta egimus. Cerebri etiam de-  
bilitatem satis infirmitate quarta & septi-  
ma ostendimus. Animæ demum incom-  
oda quæ moda hinc etiam nascuntur non tantum  
**Orian-** sempiterna illa, de quibus initio capit is  
**sur.** egimus; sed & præsentia, docent hoc mor-  
bi isti, qui hinc scaturiunt: qui non modò  
corpori officiunt, sed animum per sensus  
alienationem inuadunt. Cuiusmodi dixi-  
mus esse apoplexiā & epilepsiam, & simi-  
les; quibus & annumeranda est atrè bilis  
infaustissima intemperies, per quam in  
varias Maniæ species homo pertrahitur,  
quam per Venerem contrahi & promo-  
ueri Galenus lib. 6. morborum populari-  
um, Hippocrates comment. 16. & Rasis

Nico-

**Maniæ**  
**generat.**

lib. 1. de continentia cap. 2. apertè testatur. Aristoteles verò lib. 3. Moralium ad Nicomachum capit. 10. & sect. 28. Probl. 2. per eam hominem inter bestias numerari docet. Idem 7. Ethicorum cap. 9- asserit voluptatem esse impedimentum prudentiae. Et vt omittamus vehementem illam totius animæ virium alienationem, per quam mens ita suo loco mouetur, vt elegantissimi quidam medici eam paruam epilepsiam vocarint, quod quidam Hippocrati, quidam Democrito, quidam Eriximacho tribuunt: alij verò, vt Galenus, spasmum vocarunt. Hæc inquam vt omittamus, certum est cum mens à sensibus in hoc præsenti vitæ statu dependeat, eam quam plurimum detrimenti & cæcitatis capere ex hoc vitio. Tantum enim capit stuporem tantumq; obtunditur, vt et si literati sint, & summa prudentia polleant; tantum non aliquando prudenteribus viris stultescere videantur, & subinde præcæteris stultiiores filios procreare. Hinc rectè D. Gregorius lib. 31. Moralium mentis cæcitatem ex Venere oriri dixit, vt etiam sufficienter superius ostendimus. D. verò Augustinus lib. 1. Soliloquiorum cap. 10. Nihil, ait, esse sentio, quod magis ex arce deiijciat

*Spasmus  
et stupore  
mentis inducit.*

*Mentis  
cæcitas  
oritur.*

Fœmina deijciat hominem virilem, quām blandi-  
rum con- menta fœminea corporūq; ille contactus:  
uersatio Vinum siquidem & mulieres, vt est Eccles.  
quid ma- 19. 2. apostatare faciunt sapientes. & cap. 42.  
ti generet 12. In medio mulierum noli commorari, de ve-  
stimentis enim procedit tinea, & à muliere ini-  
quitas viri. Sic cùm Num. 25. 1. morabatur  
Israel in medio Setim, tunc fornicatus est po-  
pulus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos  
ad sacrificia sua. At illi comedenterunt, & ado-  
rauerunt Deos earum. His deceptus Adam  
Genes. 3. His decepti filij Heli 1. Reg. 2. 22.  
Deceptus Dauid 2. Regum II. 4. & infinitū  
alij. Vide quæ ponuntur cap. 22. & sequen-  
tibus. Hinc Numer. 31. 6. inquit Moyses.  
*Cur fœminas reseruasti? Nonne iste sunt qua-*  
*deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaā,*  
*& prœuaricari nos fecerunt in Dominum su-*  
*per peccato Phogor, unde & percussus est popu-*  
*lus?* Ad quod alludens vox illa magna tan-  
quā vox tubæ in dominica die Apoc. I. 10;  
iubet cap. 2. 14. eiusdem libri scribi angelo  
Pergamæ Ecclesiæ. *Habeo aduersus te pauca:*  
*quia habes illic tenentes doctrinam Balaam,*  
*qui docebat Balac mittere scandalum filiis*  
*Israel, edere & fornicari: ita habes & tu te-*  
*nentes doctrinam Nicolaitarū.* Nostro verò  
tempore docentes doctrinam Lutheri, de  
qua

qua diximus, capite superiori, scribit etiam nonnulla Gellius de animi detrimentis lib. 19. Noctium Atticarum cap. 2. quæ ex voluptatibus carnis proueniunt. Ex his ergo omnibus luce meridiana clariùs patet, quām multūm ob sit homini, cuius tota essentia & corpore & animo cōstat, voluptatis studium & quām iniquè olim Iouinianus, nostro autem seculo Lutherus & Erasmus ea de re senserint. Hoc interim non diffiteor, Philosophorum & medicorum sententia nonnunquam hominibus Venerem prodesse: sed cæteris paribus, conferendo cōmoda cum incōmodis, saluo semper legitimo matrimonio iuri suo, vt & D. Paulus 1. Corint. toto capite septimo facit, iudicio cœlibatus & continentiae studium sequendum, ijs verò quibus matrimonium per propria illorum & libera vota non conceditur, alia suppeditari media, de quibus tradunt Theologi: sententiam verò Lutheri non tantum rationi & rectæ valetudini suffragari, sed sacrarum literarum & Theologorum auctori-  
tate merito conuelli & plusquā  
Iouinianam censi-  
debere.  
\* \*

288 DE FALSIS PROPHETIS,  
CAPVT XIX.

FALSOS PROPHETAS  
maculosos esse, maledicos, me-  
daces, miraculorum falsorum  
patratores, murmuratores,  
querulosos, operarios  
malos & sub-  
dolos.

**V**RGET typographus breuitatem;  
vt ad proximas nundinas quadra-  
simales typis hoc opusculum subiectum  
habeat: solito ergo breuior futurus ad  
*Maculo-*  
*si sunt fal* commodius tempus. Primò itaq; macu-  
*si prophetæ* losos futuros D. Iudas docet vers. 12. Hi,  
inquit, sunt in epulis suis maculae, conuinan-  
tes sine timore, arbores autumnales, infuctuo-  
sæ, bis mortuæ, &c.. Immittunt Iob 18. 8. in  
rete pedes suos, & in maculis eius ambulanti.  
Ut enim apud nos Christus Dominus est  
agnus ille paschalis sine macula, Exod. 12. 5.  
*In Eccles-*  
*sia nulla*  
*macula.* Candor lucis æternae, & speculum sine macula,  
Sapient. 7. 26. ita & tota Ecclesia Christi;  
quoad potissima eius membra. Hinc id  
Cantic. 4. 7. Tota pulchra es amica mea, &  
macula non est in te. Et Ephes. 5. 25. Viridi-  
ligite

ligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea: ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & imaculata. Sic interroganti Dauidi quinam inhabitatores sint Ecclesiæ aut tabernaculi Dei, & requieturi in monte sancto eius, psal. 14.1. respondit Dominus. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Talis apud nos Iob 31.7. Si, inquit, declinavit gressus meus de via, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula, seram & aliis cōedat, & progenies mea eradicitur, alludens ad id psal. 23.3 Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, &c. Talis noster Eleazarus, qui compulsus edere carnem suillam (id quod lege veteri cautum erat) vel saltem fingere se comedisse, nolens inurere sibi hanc maculam, potius mortem oppetere contendit. Non enim, ut est 2. Mach. 6.24. nostra etate dignum est, inquit,  fingere: ut multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transmisse ad

*Eleazar  
reconsta  
tia.*

vitam alienigenarum: & ipsi propter meam  
simulationem, & propter modicum vitatem  
pus decipientur, & per hoc maculam, atq.  
execrationem meae senectuti conquiram. Tales  
multi diuites in nostra Ecclesia, de quibus  
Sapiens Eccles. 31. 8. Beatus, inquit, dives,  
qui inuenitus est sine macula: & qui post aurum  
non abiit, nec sperauit in pecunia ~~et~~ thesauris.  
Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim  
mirabilia in vita sua. Beati enim, psal. 118. 1.  
immaculati in via, qui ambulant in lege Do-  
mini. Tales apud nos potissimi præcipua-  
rum religionum Patriarchæ, vt D. Benedit-  
tus, D. Bruno. D. Franciscus, Dominicus.  
Quid de Augustino dicam? Attende  
ad id Eccles. 33. 24. Ne dederis maculam in  
gloriam tuam. In die consummationis dierum  
vita tua, & in tempore exitus tui distribue ha-  
reditatem tuam. Tales in nostra Ecclesia  
virgines, qui empti sunt de terra, quorum  
numerus Apoc. 14. 3. centum quadraginta  
quatuor millia. His sunt, inquit ibidem, qui  
cum mulieribus non sunt coiquinati. Virgines  
enim sunt. Hi sequuntur agnū quocunq; ierit.  
Hi empti sunt ex hominibus primitie Deo &  
agnō: & in ore eorum non est inuentum men-  
daciū, sine macula enim sunt ante thronum  
Dei. Apud nos siquidem Christus fru-  
mentum

uentum electorum germinans virgines,  
Zach. 9. 17. sic vice versa, si caput, si & Synagogam falsorum prophetarum nostri temporis spectes, vbi Eleezaros inuenies, qui ne maculam ætati & generi suo inurant, certis diebus à carnibus se contineat? cùm firma etiam stet in nouo testamento D. Pauli sententia I. Cor. 6. 13. *Si escas canadalizaverit fratrem meum, non manducabo carnes in æternū, ne fratre meū scadализem.* Vbi Iobos illös castissimos, vbi tot sacramrum Virginum myriadas? nisi perfugas illas recenseas Moniales, de quibus superius actum est. Volue & reuolue Christiane lector omniū macularū in sacris literis genera, vide si aliquā sit, quæ huic nō adhērescat, ac primò maculosus 12. Patriarcharū Ruben, de quo Patriarcha Iacob in suis vaticinijs Gen. 49. 3. *Ruben, inquit, primo- genitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio.* Effusus es sicut aqua, nō crescas, quia ascendisti cubile puris tui, & maculasti stratū eius. Nū quid hoc quotidie fit apud certos Anabaptistas, vbi in tenebris, eiā in luce promiscuè errant, à matribus verò mox vt pepererint, pristari auellūtur infantes, dantur certis nutricibus educandi, ita vt nunq̄ rescant vel parētes,

X 2

quibus

*Maculat-*  
*rū 10. ge-*  
*nera quo-*  
*modo cō-*  
*ueniant*  
*falsis pro-*  
*phetis.*

*1. qui se-*  
*quuntur*  
*Ruben.*

*Anaba-*  
*pistari*  
*macula-*

## 292 DE FALSIS PROPHETIS,

quibuscum tum cùm adoleuerint, caninò more congreditur, idq; maximè in Mora-  
uia, vt ab ijs, qui in illorum numero ali-  
quando fuerunt, auribus meis accepi.

Secundò maculam incurruunt, qui scor-  
tationibus vacant, vt filios Israel fecisse ex  
Num. 25. statim sub initium constat, cùm  
morabantur in Setim fornicate cum fi-  
liabus Moab, comederunt cum illis, & ado-  
rauerunt Deos earum, & imitati sunt Beel-  
phegor. Ad quod scelus alludens Iosue ca-  
pit. 22. 17. *An parum vobis est, inquit, quod  
peccatis in Beelphegor, & usq; in præsentem  
diem macula huius sceleris in vobis permanet,  
multiq; de populo corruerunt?* Quàm vani  
sint in hoc genere, diximus capite 17. qui  
plura velit, legat exquisitissimā illam Lu-  
theri anatomia Reuerendi & Nobilissimi  
D. Ioannis Pistorij. Huic enim vt medico  
conueniebat anatomia illorum & singu-  
lorum membrorum incisionem spectan-  
dam proponere: vt iurisperito singula-  
rum partium corporis qualitatem pro cu-  
iusq; merito discutere & diiudicare, & quia  
spiritualis hæc est anatomia, vt sacrosan-  
ctæ Theologiæ Doctori, de ea Theolo-  
gicè concludere. Huius ergo anatomia  
pars & primus Spiritus si legatur, facile in-  
telliget

2. qui  
scortatio-  
nibus va-  
cant.

celigit lector quā nihil à verò discrepent.

Tertiò huc spectant qui semen suum profanat, sic enim de Salomone scribit Eccl. 3. qui se- clesiasticus cap. 47. 22. Potestatem, inquit, mē suum habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in glo- profanat̄ riatua, & profanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos, & in ceteris stulti- tiam tuam ut faceres imperium bipartitum. Sacrum in primordio erat semen Lutheri, vtpote Deo dicatum, sacrum eodem no- mine semē Catharinæ de Bore, vtpote ve- latæ & Deo consecratæ virginis. At ubi ille apostata factus, hæc verò è Monasterio sacrarum virginum transfuga facta, post- posita gloria & aureola virginitatis pollu- tum vtriusq; semen, inducta maledictio in liberos, ac tandem in posteros. Sed in ipso Luthero factum est eius imperiū plus quam bipartitum, cùm tempore Ioannis Cochlaei, iam septiceps fuerat Lutherus. Quid putas in posteris contigisse?

Quartò non minima macula est præter- 4. præter gredi diuina mandata : hinc diximus ex grediun- psalmo 118. 1. Beatos esse immaculatos, qui tur dini- ambulant in lege Domini, qui scrutantur te- na man- stimonia eius, & in toto corde exquirunt eum. data. D. enim Paulus exigit à Timotheo, vt mā- data Dei sine macula seruet. Hinc I. Tim. 6

13. Præcipio tibicoram Deo, qui vivificat omnia in Christo Iesu. (est enim Prou. 10. 17. via vita custodienti disciplinam) qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula, irreprehensibile usque in aduentum Domini nostri Iesu Christi. Conscientia pseudoprophetarum qualis sit capite quarto diximus; Mandata alioqui Dei possilia, capite septimo, pseudoprophetæ neque servant neq; seruari posse docent, ergo neq; sine macula, neq; irreprehensibles sunt: sed de his dici potest, quod de Ierusalem Dominus apud Ieremiā cap. 2. 21. ait. Ego planavi te vineam electam, omne semen verū. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laneris tē nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith: maculata es in iniuitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

*s. manus & homicidio, hinc fit ut Deus eorū orationem minimè exaudiat. Hinc 4. Esd. 1. 25.*

*eorū sanguine & homicidio.* *Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor. Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Hanc maculā*

culā apud nostri temporis falsos prophētas in vsu fuisse, satis patet ex cap. 5. & 15. vbi de eorum crudelitate, tyrannide, & homi-  
cidijs satis superq; egimus, vbi etiā princi-  
pū manus vult lauari Pontificū & Cardina-  
liū sanguine Lutherus. Vide cap. 20. & 21.  
Hinc consequenter sextō maculatur terra  
eorū, innocentū cruento. *Ne poluisatis, inquit*  
*Moyses, terrā habitationis vestra, quæ inson-*  
*tiū cruento maculatur: nec aliter expiari potest,*  
*nisi per eius sanguinē, qui alterius sanguinē fiss-*  
*derit, sicut dicit Leu. c. 24. 19. Qui irrogauer-*  
*rit maculam cuiusvis ciuium suorum: sicut fe-*  
*sit, sic fiet ei.*

6. terra  
innocen-  
tum crue-  
re.

7. Mem-

dacijs.

Septimō maculantur mendacijs, estq; id  
potissimū illorū studium, vt cum veritate  
nihil agere possint, solis mendacijs agant  
omnia. Quibus armis Satan statim sub ini-  
tiū creationis primos parētes, vicit, in Deo  
ponens quasi maculā mendacij & inuidiæ:  
vt enim Dominus Gen. 2. 16. dixerat. *Ex*  
*omni ligno Paradisi comedere: de ligno autē sciē-*  
*tia boni & mali ne comedas. In quocunq; enīme*  
*die comederis ex eo, morte morieris.* Dēmon  
non ferens diuinę maiestatis imperiū, neq;  
primorū parentum innocentia: mox mis-  
cens zizania tritico, & fermentum menda-  
cij azymo sinceritatis & veritatis, cap. 3. 4.

X 4 Nequa-

Nequaquam, inquit, moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Hunc imitantur pseudoprophetæ, mentientes de sanctis & electis Domini: loquitur enim in ore omnium falsorum prophetarum spiritus nequam, ut diximus superius capite 2. Ac proinde non mirum, si de sanctis & electis Dei mentiatur, ut enim intus sunt præfœtore putridi: ita ut scarabæi sordibus aliorum & fætoribus accrescunt. Hinc Eccles.

II. 32. Sicut eructant præcordia fætentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & ut caprea in laqueum; sic & cor superborum, & sint prospector videns casum proximi sui. Bonâ enim in mala connuertens insidiatur & in electis imponet maculam. Fætida certè sunt præcordia hæreticorum, quorum inquinita est mens & conscientia, ut cap. 4. ostendimus. Perdices sunt hæretici, dum partū alienū fouent, hoc est, dum eos quos Ecclesia peperit, ad se falsis vaticinijs pertrahūt.

*Perdices  
hæretici.*

Perdix, inquit Ieremias capit. 17. II. fons qua non peperit: fecit dimittas, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. De quibus perdicibus postea capite 24. plura.

Caprea

Caprea inquietum est animal, nunc huc  
mox aliò saltum dirigit. Inconstantia hę-  
reticorum in dictis & factis ostendimus,  
cùm de eorum apostasia egimus. Hi ergo  
ponunt maculam in electis Dei, vti olim  
vndecim patriarchæ, & procax illa Phuti-  
pharis vxor cum suis affeclis imposuit iu-  
sto Iosepho, ad quod alludens Salomon  
Sap. 10. 13. vbi de laudibus sapientię agens:  
*Hæc, inquit, venditum iustum,* scilicet Io-  
seph Genes. 37. 26. non dereliquit, sed à pec-  
catoribus liberavit eum; descenditq; cum illo  
in foueam, & in vinculis non dereliquit il-  
lum, donec afferet illi sceptrum regni, & poten-  
tiam aduersus eos, qui eum deprimebant: &  
mendaces ostendit qui maculauerunt illum.

Octauo maculam contrahunt, eò quòd  
passim ex iniquo offerunt, vnde enim of-  
ferant ex suo non habent, maximè cùm a-  
lioquin eorum principes sint vt plurimum  
ęfugi religiosi seu pseudomonachi: mox  
tamen vt cathedram aliquam conscende-  
rint, sunt comptuli & ornati, viuunt ex bo-  
nis Ecclesiæ, Ecclesiarum & Monasterio-  
rum direptionibus; vt tamen aliqua face-  
re videantur, ex aliqua bonorum parte ali-  
qua hospitalia & scolas hęresum seminaria  
erigunt, sed verū manet illud Eccl. 34. 21.

## 298 DE FALSIS PROPHETIS,

Immolantis ex iniquo oblatio est maculata.  
 Dona iniquorum non probat altissimus, nec re-  
 spicit in oblationes iniquorum: nec in multitu-  
 dine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.  
Qui offert sacrificium ex substantia pauperum  
 quasi qui victimat filium in conspectu Parris.  
 Victimæ enim, ut est Prou. 15. 8. impiorum  
 abominabiles Domino vota in storu[m] placabilia.  
 Ex votis siquidem maiorum nostrorum  
 & iustissimorum parentum, quæ piè san-  
 cteq[ue] fundata fuere, per fas nefasq[ue] impro-  
 borum istorum helluonum consilijs, aliò  
 quām vota & intentio ferat fundatorum,  
 bona Ecclesiæ distrahuntur: sed quām in-  
 feliciter id illorum posteritas luat in con-  
 fesso est. Bonis enim Ecclesiæ iam multis  
 in locis direptis, & ab eis consumptis, nihil  
 est reliquum. Prædis ergo & rapinis alio-  
 rum inhient, ut gradum suum tueantur  
 necesse est. Si ergo, Ieremiæ 2. 22. laueris te-  
 nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith,  
 maculata es in iniquitate tua coram me, dicit  
 Dominus Deus.

¶ carnē Nonò carnem suam maculant & car-  
 & carna- nalem tunicam, vnde D. Iudas in sua epi-  
 lem tuni- stola v. 8. Similiter, inquit, & hi carnem qui-  
 cam ma- dem maculant, dominationem autē spernunt,  
 gulent. maiestatem autem blasphemant: idq[ue]; vt ca-  
 uamus.

ueamus, idem submonet ibidem vers. 22.  
Et hos quidem, inquit, arguite indicatos: illos vero saluare de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore: odientes & ea quæ carnalis est, maculatam tunicam. De quibus maculis latius cap. 17. & 18. egimus.

Decimò linguam habent maculatam, 10. lingua quæ totum corpus inficit, vt D. Iacobus, maculatus. Iacob. 3. 6. testis est. Lingua, inquit, ignis est, uniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totū corpus. & inflamat rotam nativitatis nostræ inflammat a gehenna. A Gehenna enim prodijt in lingua Lutheri mediante Satana omnis blasphemia & impudicitia cum omni mendacio vt patet ex præcedentibus.

Alterum in hoc capite est, quod mendacijs agant, vt etiam obiter attigimus capite 10. Hinc Isai. 9. 15. Longauis & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populā istū seducētes, & qui beatificātur, præcipitati. Dixisti enim, inquit Isaias c. 28. 15. Posuimus mendacium spem nostram & mendacio protecti sumus. Non misereos, ait Dominus Ier. 27. 15. & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiulant vos, & pereatis tam vos, quam prophetæ, qui varicinantur vobis.

Vide

## 300 DE FALSIS PROPHETIS,

Vide eundem Ieremiam cap. 6. 4. & 8. 10.  
 II. & 14. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 23. 14. & 27.  
 9. 10. Quorum médacia & pœnam subiungens apud Ezéchiel cap. 13. 3. Hac, inquit, dicit Dominus. Væ Prophetis insipientibus : qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant. Non ascendistis ex adverso, neq<sup>z</sup> opposuistis murum pro domo Israel: ut staretis in prælio in die Domini. Vident vanam, & diuinant mendacium. dicentes. Ait Dominus, cūm Dominus non miserit eos; & perseverauerunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Ait Dominus: cū ego non sim locutus. Propterea hac dicit Dominus Deus, quia locuti estis vana, & vidistis mendaciū; ideo ecco ego ad vos, dicit Dominus Deus; & erit manus mea super prophetas qui vident vanam, & diuinant mendaciū: in cōcilio populi mei non erunt. & in scriptura domus Israël non scribentur, nec in terram Israel ingrediētur; & scietis quia ego Dominus Deus.

*Miracula  
la falsa  
patrarent.*

Tertiū est, quod miracula falsa patrarent. Inuidet siquidem Satanas Ecclesiæ Christi donum & gratiam miraculorum verorum, quæ apud nos patrari capite 13. docuimus. Vnde fit ut Diabolus similia,

que

que naturali ratione fieri queunt, attentet.  
De bestia enim secunda, que loquebatur  
sicut draco, loquens D. Ioannes Apoc. 13.13.  
Fecit, inquit, signa magna, ut etiam ignem  
faceret de calo descendere in terram in conspe-  
ctu hominum. Sed poena docet falsos fuisse.  
Ecce ego, inquit Dominus Ierem cap. 23.32.  
ad prophetas somniantes mendacium, ait  
Dominus; qui narrauerunt ea: & seduxe-  
runt populum meū in mendacio suo, & in mira-  
culis suis: cum ego non miserim eos, nec man-  
dasssem eis: qui nihil profuerunt populo huic:  
dicit Dominus. Poenam vero subiungens  
D. Iohannes in sua Apocalypsi cap. 19.20.  
inquit: Et apprehensa est bestia, & cum ea  
pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso,  
quibus seduxit eos qui acceperunt charakte-  
rem bestiae, & qui adorauerunt imaginem eius  
vini missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis  
& sulphure. His adiunge nostri temporis  
falsos prophetas, de quorum ementitis mi-  
raculis egimus capite 15.

Quartum est in hoc capite, eos murmu- <sup>4. sive</sup>  
ratores esse, querulosos, vt quibus nun- <sup>murmura-</sup>  
quam, nusquam à quoquam satisfieri po- <sup>ratores.</sup>  
test. Hi, inquit D. Iudas ver. 16. sunt mur-  
muratores, querulosi, secundum desideria sua  
ambulantes, & os eorum loquitur superbiam.

De

## 302 DE FALSIS PROPHETIS,

De his superiori cap. 3. egimus, vbi dedūximus per quos murmura sua acceperint.

Quintum est, esse operarios malos & subdolos: vt enim hortatur D. Paulus Timotheum, & cæteros Ecclesiæ Catholice Episcopos & Antistites 2. Timoth. 2. 15. vt omni solicitudine curent, se non simulatè, sed reipsa probabiles exhibere Deo operarios inconfusibles, rectè tractantes verbum veritatis: sic monet Philippenses, vt ab operarijs malis caueant. *Videte, inquit Philip. 3. 2. canes, videte malos operarios, vide concisionē.* In quæ verba vide D. Chrysostomum homilia 10. in epist. ad Philippenses. Hi sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi, adde etiam in prophetas & Evangelistas, vt capite 9. de Luthero ostendimus. De quorum tum dolo, tum fraude capite 10. egimus, & capite 21. agemus, sicut de improba eorum sententia, qua docet Lutherus nos in omni etiam opere bono peccare, vt similiter ostendimus. Aliter certè edocti sumus à Saluatore Luc. 13. 25. dicente, *Cum intraverit pater familias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes. Domine aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos unde sitis, tunc incipietis dicere, mā-*

*ducant-*

ducauimus corā te, & bibimus, & in plateis nō  
stris docuisti, & dicet vobis. Nescio vos unde  
sitis: discedite à me omnes operari iñiquitatis.  
Ibi erit fletus & stridor dentium: cūm videri-  
sis Abraham, & Isaac & Jacob, & omnes pro-  
phetas in regno Dei, vos autem expelli foras.  
Similia Christus Matth. 7. cūm de falsis  
prophetis, lupis rapacibus & eorum fru-  
ctibus differuit.

## CAPVT XX.

FALSOS PROPHETAS  
esse sine pace, parentibus inobe-  
dientes, pascentes semetipſos,  
personarum acceptores, pietas-  
tis abnegatores, pollutos, pro-  
ditores proficere in peius, pro-  
teruos, puluillorum sub om-  
nium axillis futores &  
fartores.

**G**raues certè tituli rem grauiorem &  
magis detestandam præ se ferentes.  
Ac primò quidem quis eos pacis ama-  
tores

## 304 DE FALSIS PROPHETIS,

tores dixerit, cum scriptum sit psal. 118. 165  
*Pax multa diligentibus legem tuam Domine.*  
& Leuit. 26. 3. certius id confirmet Dominus.  
*Si, inquit, in præceptis meis ambulan-*  
*teritis, & mandata mea custodineritis, &*  
*feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus*  
*suis, & terra gignet gerumen suum, & pomis*  
*arbores replebuntur. Apprehendet messium*  
*tritura vindemiam, & vindemia apprehe-*  
*det sementem; & comedetis panem vestrum*  
*in saturitate, & absq; paurore habitabitur in*  
*terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris:*  
*dormietis & non erit qui exterréat. Aufe-*  
*ram malas bestias; & gladius non transibit*  
*terminos vestros. Persequemini inimicos ve-*  
*stros, & corruent coram vobis. Persequentur*  
*quinq; de vestris centum alienos, & centum de*  
*vobis decē millia: cadent inimici vestri gladio*  
*in conspectu vestro. Sic versa vice legis Dei &*  
*diuinorum præceptorum nulla est reue-*  
*rentia, vbi à Luthero scribitur, ut superius*  
*docuimus, præcepta Decalogi ad Christianos*  
*nō pertinere: Atq; adeo cōtra expref-*  
*sam D. Iohannis apostoli sententiam I.*  
*Iohannis 4. 3. Mandata eius gravia non*  
*sunt. nulla pax sperari potest, sed intesti-*  
*nūm & domesticum Christianorum dis-*  
*sidium, ut cap. 5. ostendimus. Non enim est*

pax

pax impijs dicit Dominus Isai. 48.22. Sapiens  
corde est Deus, inquit Iob. 9. 4. & fortis ro-  
bore, quis restitit ei, & pacem habuit? Licet  
enim nomine pacis aliquando veniant, vt  
capite 6. docuimus, tamen vt est psal. 27. 3.  
loquuntur pacem cum proximo suo, mala au-  
tem in cordibus eorum. Da illis secundum ope-  
ra eorum & secundū nequitiam adinventionū  
ipsorum: secundum opera manuum eorum tri-  
bue illis: redde retributionē eorum ipsis. Hoc  
asserit D. Paulus 2. Tim. 3. 3. homines sine  
affectione, sine pace, criminatores, incontinen-  
tes, immites, sine benignitate, &c.

Secundum in hoc capite est, eos paren-  
tibus esse inobedientes, id quòd D. Paulus  
in iam citata epistola 2. Timoth. 3. 1. afferit  
dicens. *Hoc autem scito, quòd in nouissimis  
diebus instabunt tempora periculosa, & erunt  
homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi,  
blasphemi, parentibus non obedientes, &c.*  
Quo certè nomine sempiterno maledicto  
se reddunt obnoxios. Hinc Deuter. 27. 16.  
*Maledictus qui non honorat patrem suum &  
matrem suam, & dicet omnis populus, Amen.*  
& Leuit. 20. 9. *Qui maledixerit patri suo aut  
matri, morte moriatur, patri matrig̃, qui ma-  
ledixerit sanguis eius sit super eum.* Maledi-  
cto ergò obnoxius Lutherus cum suis as-

2. paren-  
tib⁹ sunt  
inobeda-  
entes.

Y seclis,

## 306 DE FALSIS PROPHETIS,

seclis, qui parentes à quibus in Christo genitus est & Ecclesiam matrem tot calumnijs onerauit, & pastores, & Pontifices summos, Ecclesiæ Catholicæ doctores tot conuitijs subsannauit: ut capite 9. fusius ostendimus. *Si genuerit homo*, inquit Dominus Deut. 21. 18. *filium contumacem & proteruum*, qui non audierit patris & matri imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portā iudicij, dicentq; adeos. *Filius noster iste protervus & contumax est*, monita nostra audiare contēnit, cōmissionib; vacat, & luxuriæ atq; cōuiuijs: lapidib; eū obruet populus ciuitatis, & morietur, ut anferatis malum de medio vestri, & uniuersus Israel audies pertimescat. Sic è contrario obedientes Ecclesiæ filij omni benedictione firmantur,

*Honor* iuxta id Eccl. 3. 5. *Sicut qui thesaurizat, ita parētum & qui honorificat matrem suam.* Qui honorat quantum patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die laudetur. orationis sua exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita vinet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius

illius in nonissimo maneat. Benedictio pa-  
tris firmat domos filiorum: maledictio autem  
matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in  
contumelia patris tui: non enim est tibi gloria,  
sed confusio; gloria enim hominis ex honore pa-  
tris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili,  
suscipte senectam patris tui, & non contristes  
eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam  
da, & ne spernas eū in virtute tua, eleemosyna  
enim patris non erit in obliuione. Nā pro pec-  
cato matris restituetur tibi bonum, & in iusti-  
tia edificabitur tibi, & in die tribulationis cō-  
memorabitur tui, & sicut in sereno glacies, sol-  
uentur peccata tua. Quām malæ famæ est, qui  
derelinquit patrem & maledictus à Deo, qui  
exasperat matrem.

Tertium est quòd pascent semetip̄sos.  
Hinc D. Iudas vers. 12. *Hi sunt in epulis suis*  
*maculae coniuantes sine timore, semetip̄sos pa-*  
*scentes.* Quod & prōh dolor multi catho-  
licorum faciunt, non attendentes ad id,  
quod Dominus Ezechielis 34. 2. dicit: *Fili*  
*hominis propheta de pastoribus Israel: prophe-*  
*ta & dices pastorib⁹, Hac dicit Dominus Deus.*  
*V⁹ a pastoribus Israel, qui pascebāt semetip̄sos:*  
*nonne greges à pastoribus pascauntur? lac com-*  
*edebatis, & lanis operiebamini: & quod cras-*  
*sum erat occidebatis: gregem autem meum*

3. *pascebāt*  
*semetip̄-*  
*sos.*

non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod agrotum, non sanastis; quod confractum est, non alligastis, & quod absctum est non reduxistis, & quod perierat, non quasistis, &c. & ver. 8. Vnuo ego, dicit Dominus Deus quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meae in desorationem omnium bestiarum agri: eo quod non esset pastor, neq; enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant, propterea pastores audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos.

4. Sunt personarum acceptores.

Quartò sunt personarum acceptores. Hinc Iudas in sua epistola ver. 16. His sunt, inquit, murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, mirantes personas questus causa, &c. hoc est, ditiores, à quibus beneficia & munera sperant. Fratres, inquit D. Iac. c. 2. 1. nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi. Etensim si introiret in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in ueste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatur in eum qui indutus est ueste præclarus, &c.

ra, & dixeritis ei. Tu sedē hic bene; pauperi  
autem dicatis. Tu sta illic; aut sedē sub sca-  
bello pedum meorum, nonne iudicatis apud  
vosmetipſos, & facti eſtis indices cogitationum  
iniquarum? &c. Sic pauperes diuites in fi-  
de, & hæredes regni cum Lazaro vbiq; ia-  
cent, vbiq; contemnuntur, & diuites cum  
epulone diuite & splendida ueste induito  
primas vbiq; tenent. Si personas, inquit lo-  
co citato D. Iacobus ver. 9. accipitis, pecca-  
tum operamini, redarguti à lege quasi trans-  
gressores.

Quintò sunt pietatis omnis abnegato- 5. pietatē  
res. Hinc D. Paulus 2. Tim. 3. 5. depingens abnegāt.  
illos, inquit, *Voluptatum amatores magis*  
*quam Dei: habentes speciem quidem pietatis,*  
*virtutem autem eius abnegantes.* Et hos de-  
uita. Hi sunt similes Aman, qui pietatem  
Iudæorum sua crudelitate, vt inquit He-  
ster cap. 16. 10. commaculauit. Interim  
noſtri ſunt viri illi misericordia Eccl. 44. 10.  
quorum pietates non defecerunt, quorum ne-  
potes hæreditas sancta, in quibus Ifai. 11. 2.  
est spiritus scientiæ & pietatis. Noſtra Ie-  
rusalem cæleſtis, cui Baruch 5. 4. nominabi-  
tur à Deo nomen ſempiternum. Pax iuſtitiae  
& honor pietatis. Noſter Iofias, qui Eccles.  
49. 4. gubernauit ad Dominum cor ſuum, &  
in die-

310. DE FALSIS PROPHETIS,

*in diebus peccatorum corroborauit pietatem.*  
 Noster Onias Pontifex, qui ob pietatem  
 apud reges & principes summo loco 2. Ma-  
 chab. 3. 1. scribitur fuisse. Apud nos sunt  
 qui ut piè vixerunt, & omnia pietatis mo-  
 numenta viui venerati sunt: ita etiam cum  
 pietate dormitionem accipiunt, & optimā  
 in cælo 2. Mach. 12. 46. repositam habent  
 gratiam. *Pietas enim, ut est 1. Timot. 4. 8.*  
*ad omnia utilis est, promissionem habens vita-*  
*que nunc est, & futura, cùm psalm. 36. 28. se-*  
*men & reliquia impiorum peribunt.*

**6. Polluti** Sextò sunt polluti, hinc Ierem. 23. II.  
 sunt, & Propheta & sacerdos polluti sunt, & in domo  
 quatuor- mea inueni malum eorū, ait Dominus. & v. 15.  
 decim pol Ecce ego cibabo eos ab synthio, & potabo eos  
 lutionum felle, a Prophetis enim Ierusalem egressa est  
 genera. pollutio super omnem terram. Quæ verò pol-  
 lutionum genera in sacris literis obseruari

**1. Polluū.** possunt, quibus nostri falsi prophetæ cor-  
 tur ana- ruperunt terram, tradam breuiter. Ac pri-  
 themate. mò quidem fiunt polluti anathemate, vt

Acham filius Chamri. Hinc Iosue 7. 12.  
 ait Dominus. Non poterit stare Israel ante hos

stes suos, eosq; fugiet: quia pollutus est anathe-  
 mate. Non ero ultrà vobiscum, donec contera-

**Acham** ris eum, qui huins sceleris reus est; Surge, san-  
 fuscum. Etifica populum, & die eis. Sanctificamini in  
 crastina

erastinum, hoc enim dicit Dominus 'Deus  
Israel, Anathema in medio tui est Israel: non  
poteris stare coram hostibus tuis, donec deleas  
tur ex te qui hoc contaminatus est scelere. vi-  
derat siquidem. Acham vt est v. 21. inter  
spolia Hiericho pallium coccineum valde bo-  
num, & ducentos sicos argenti, regulamq<sup>3</sup> au-  
ream quinquaginta sicolorum, que abstulit, &  
tandem cum omni tabernaculo, & pecudibus,  
& supellecili & furto exusto perit. Quot  
verò furtar comiserint falsi prophetæ cum  
anathemate, ostendimus capite 2. vers. 5.  
& 12. vt mirum non sit D E V M non esse  
in medio istorum anathemate furti pollu-  
torum.

Secundò polluitur in conscientia, Con-  
scientia enim illorum, vt est 1. Corinth. 8. 7.  
cum sit infirma, polluitur. De quorum con-  
scientia egimus capite 4. & 13. Tertiò pol-  
luunt domum domini Ezech. 44. 7. Pol-  
luunt, inquit, domum meam: & offertis pa-  
nes meos, adipem & sanguinem; & dissolutis  
pactum meum in omnibus sceleribus vestris.  
Et non seruasti præcepta sanctuarij mei. Ad  
quæ præcepta alludens Dominus inquit  
Leuit. 18.30. Custodite mandata mea. Nolite  
facere, que fecerunt hi qui fuerūt ante vos, &  
ne polluamini in eis: ego Dominus Deus uester.

X 4 At vbi

3. Domū  
Domini.

At vbi sunt apud eos mandata Domini?

Ad oblationes si respicis, locum habet il-

*Mensa* lud Malachiæ I. 7. offertis super altare meum

Domini panem pollutum: & dicitis, in quo pollui-

pollutacō muste? In eo quo dicitis, *Mensa Domini*

taminata nidespecta est. Vbi quicquid offerebatur, si-

& contēne macula esse debebat, Leuit. 22. 21. &

pribilis paulò post, quod futurum erat in nouo te-

hæreticis, stamento à pijs, subiungens vers. II. Ab

ortu solis, ait, usq; ad occasum, magnum est

nomen meum in Gentibus, & in omni loco sa-

cificatur & offertur nomini meo oblatio mun-

da: hæreticis verò loquens: Et vos, inquit,

polluitis illud in eo quod dicitis, *Mensa Do-*

*mini contaminata est; & quod superponitur,*

*contemptibile est*, sicut contemptibiliter de

Sacra Eucharistia loquuntur cum Iudeis

& Capharnaitis, vt infra capite 22. cùm de

canum natura ex sacris literis agemus, osté-

demus. Hinc inter nefanda Donatistarum

flagitia de subuersis altaribus, de stupratis

sancimonialibus, Eucharistiae contume-

lia, &c. narrat Optatus Episcopus Mileui-

tanus libro 2. de schismate Donatistarum,

qui Eu- Vrbanum Formensem & Felicem Idi-

charistiā crensem Donatistarum Episcopos sacrum

canibus Chrisma impiè violasse in Mauritania.

dant &c. Et quod vobis, inquit, leue videtur, facinor

imma-

*Donati-*

*starum*

*impieas,*

*qui Eu-*

*charistiā*

*canibus*

*dant &c.*

immane cōmissū est: ut omnia sacra sancta su-  
prā memorati vestri Episcopi violaret. Inseruit  
Eucharistiā canibus fundi, non sine signo diuini  
iudicij. Nam ijdē canes accensirabie, ipsos Do-  
minos suos quasi latrones sancti corporis reos,  
dente vindice tanquam ignotos & inimicos la-  
mauerunt. Ampullam quoq; Chrismatis per s. Am-  
fenestram vt frangerent, iactauerunt, & cum pullachris  
casum adiuuaret abiectio, non defuit manus smatis  
angelica, que ampullam spiritali subuēctione miraculo  
deduceret, proiecta casum sentire non potuit, sè conser-  
natur.  
Deo muniente illæsa inter saxa confedit.

Quartò polluuntur in eo, quod egre-  
diuntur sancta Dei loca. Hinc Leuit. cap.  
21. 12. de summo Pontifice & sacerdotibus  
Dominus loquēs. Nō egredietur, inquit, de  
sanctis, ne polluat sanctuarium Domini, quia  
oleum sanctæ unctionis Dei super eam est, ego  
Dominus. Lutherum, Bucerum & similes  
excusso sacro religionis habitu, ex locis  
sanctis ad seculum transfugas fuisse, vt ca-  
pite II. docuimus, seseq; cum transfugis  
Monialibus polluisse, nemini dubium est,  
ac demum in medio hominum, quibus  
polluta sunt labia, habitasse aliter quam  
Isaias calculo mundatus ignito Isai. 6. 5.  
certissimum est.

Quintò sunt qui polluuntur in idolis, 4. pollū.

Y 5      vt

## 314 DE FALSIS PROPHETIS,

ut constat Ezech. 20. 7. In idolis Egypti  
nolite polluti. Sic Ierusalem Ezech. 22. 3. fecit.  
Civitas, inquit, effundens sanguinem in me-  
dio sui, ut veniat tempus eius: & quae fecit ido-  
la contra semetipsam, ut pollueretur. In san-  
guine tuo, qui a te effusus est, & in idolis tuis  
qua fecisti, polluta es: propterea dedi te op-  
probrium Gentibus, & irrationem universis  
terriss. Similia capit. 20. 18. & capit. 23. 30.  
Nostris temporis falsos prophetas idolo-  
latras esse, ostendimus superiori capite 16.  
& fusiis toto nostro lib. 3. de Idololatria.

Sexto polluuntur insontium cruento, hinc

6. Insontium san-  
guine. Num. 35. 33. Ne polluatis terram habitationis  
vestrae, qua insontium cruento maculatur. Nec  
aliter expiari potest nisi per eius sanguinem,  
qui alterius sanguinem fuderit. Id

Lutherum, Munstero, Phifero maximè  
conuenire crudelis belli rustici auctoribus  
capite quinto ostendimus, & maximè Lu-  
thero, qui manus Christianorum Princi-  
pum in sanguine Pontificum & Cardina-  
lium lauari voluit, Sed quid Isaias cap. 1. 15.

Cum extenderitis manus vestras, auertam  
oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis  
orationem, non exaudiam, manus enim ve-  
stra sanguine plena sunt, & capite 59. 3. Ma-  
nus vestra polluta sunt sanguine, & digi-

8176-

ti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem facit. Hinc Ieremias de Ierusalem terrena Thren. 4. 13. loquens. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, errauerunt caci in plateis, polluti sunt sanguine.

Septimò, quia polluant nomen Domini, ita Leu. 19. 12. & 20. 3. & 21. 6. & 22. 32. Ieremiæ 7. 30. Ezechielis 20. 39. & 36. 20. & 43. 8. id satis ostendimus de falsis prophetis, cum capit. 7. de eorum blasphemia egimus.

Octauò, nocturnis somnijs, Deut. 23. 10. multò magis incestuosis & sacrilegis congressibus, de quibus cap. 17. egimus.

Nonò, oblationibus, dum optima quæque sibi seruant, contra illud Num. 18. 32. Non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes: ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini: Qui enim sunt, qui thesauros Ecclesiarum & Monasteriorum diripuerunt, & diripiendos docuerunt, nisi illi? Vide quæ diximus membro tertio paulò superiùs. Decimò, perjurio. Hinc Leuitici 19. 12. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui.

Hinc

7. polluūs,

nomen

Domini.

8. No-

cturnis

pollutio-

nibus.

9. Obla-

tionibus

iniquis.

10. Per-

iurio.

## 316 DE FALSIS PROPHETIS,

*11. pollu-* Hinc Christus, Matth. 5. 34. 34. Non per-  
*unt Sab-* iurabis, redde autem Domino iuramenta  
*batha.* tua, ut enim periurus, Ecclef. 9. 2. sic & ille  
 qui verum deicerat. Quibus Christus testis  
 erit velox, Malachiæ 3. 5. quibus & lex I.  
 Timoth. 1. 10.

Vndecimò polluant Sabbatha. Hinc  
 Ezech. cap. 22. 8. *Sanctuaria mea sprenisti*  
 & *Sabbatha mea polluisti.* Viri detractores  
 fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, &  
 super montes comedenterunt in te, scelus operati  
 sunt in medio tui. Quàm paruo honore  
 Sabbatha & dies festi habeantur, testatur  
 Hieronymus Bolzec in vita Caluini, cùm  
 docet eum Geneuæ & alijs locis sustulisse  
 diem festum Natiuitatis Dominicæ, quem  
 tamen exercitus angelorum Lucæ 2. vene-  
 ratus est; prohibuisse etiam ne vlli illo die  
 daretur cōmunio: minari etiā Geneuēnses  
 ijs, qui officinas habent eo die clausas, car-  
 ceris pœnam. Lindanus testatur lib. de I-  
 dolis fugiendis, cap. 53. anno 1574. in pub-  
 lica quadam Synodo illorum, sublatum fe-  
 stum natiuitatis Christi. Hiccine est zelus,  
 amor & reuerentia erga Christi Incarna-  
 tionem & Natiuitatem admirandā? Hoc-  
 cine est Euangelij Christi precones agere?  
 Hoccine cum sancto angelo loqui pastori-  
 bus

*Caluinus*  
*sollit dies*  
*festos.*

bus Luc. 2. 10. *Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus in cunctate David?* Manifeste, inquit D. Paulus 1. Tim. 3. 16. magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. In cuius beneficij commemoratione: ut aliarum etiam festivitatū & sabbathorum, Ecclesia nostra se fatetur imitatrixem Mathathiæ 1. Mach. 2. *Matha-* 34. atq; ideo est in beatorum numero se- *thia pie-* cundum illud Isa 56. 2. *Beatus, inquit, vir tas.*

qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendit, istud: custodiens Sabbathum ne polluat il-  
lud, custodiens manus suas ne faciat omne ma-  
lum. Quid verò impij, qui gloriati sunt in  
medio solennitatis Domini, dicent? Audi  
Dauid dicentem psalm. 73. 7. *Incenderunt*  
*igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt*  
*tabernaculum nominis tui. Dixerunt in*  
*corde suo cognatio eorum simul. Quiescere*  
*faciamus omnes dies festos Dei à terra, &c.*

Duodecimò polluunt sacerdotium, & 12. pollu-  
ius sacerdotale, contra quos agens Esdras uni ius sa-  
2. Esd. 13. 29, orat, *Recordare Domine Deus sacerdotale*  
*meus*

518 DE FALSIS PROPHETIS,

meus aduersum eos, qui polluant sacerdotium,  
in sq; sacerdotale & Leuiticum. Recordare  
ergo Domine aduersum Lutherum, qui  
non tantum polluit, sed & igne, ut superius  
diximus, cōcremavit ius Canonicum, quo  
sacerdotale & Leuiticum ius præter sacras  
literas continentur.

15. San-  
ctuarium  
Domini.

Taberna-  
cum &  
templum  
Domini.

Decimotertiò sanctuarium Domini  
polluant, & dicunt Ezech. 25. 3. cum Am-  
monitis. *Euge euge super sanctuarium Domi-  
ni, quia pollutum est.* Vide eundem prophe-  
tam de eius pollutione cap. 22. 8. 26. & 23.  
38. 39. 24. 21. Dan. 11. 31. Sophon. 3. 4. Sic  
polluant tabernaculum Domini, psal. 73.  
7. vt diximus. Contra quos orat Iudith  
cap. 9. 21. Sic templum Domini. Psal. 78. 1.  
2. Machab. 10. 5. 2. Paral. 36. 14. vbi etiam  
nuncios & prophetas Dei ad eos missos no  
audiunt : sic de nostri temporis falsis pro  
phetis & Antichristi paronymphis Daniel  
dicit cap. 11-31. *polluent sanctuarium fortitu-  
dinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt  
abominationem in desolationem: & impij in  
testamentum simulabunt fraudulentiter.* Estne  
ita Luthere, siccine agis & scribis de abro  
gando sanctissimo Missæ sacrificio ? Per  
git Daniel ; *Populus autem sciens Deum  
suum, obtinebit & faciet.*

Deci-

Decimoquartò & postremò polluunt 14. Vaga  
se vaga libidine, vxore proximi, Ezechiel. *libidine.*  
18. 6. & 33. 26. Stupris. Ezech. 23. 17. ita vt  
socrus cum nuru agat, Ezech. 22. 11. Imo  
grauias, vt filius cum matre, pater cum fi-  
lia, vt de Anabaptistis cap. 17. ostendimus,  
vt verè cōueniat nostris temporibus, quod  
Sapiens scribit Sap. 14. 22. *Et non suffecerat*  
*errasse eos circa Dei scientiam, sed & in ma-*  
*gno viuentes inscieniæ bello, tot & tam magna*  
*mala pacem appellant.* Aut enim filios suos  
sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes,  
aut insanie plenas vigilias habentes : neque  
vitam, neq; nuptias mūdas iam custodiunt, sed  
alius alium per inuidiam occidit, aut adulter-  
rans contristat : & omnia commissa sunt, san-  
guis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio  
& infidelitas, turbatio, & periurium, tumultus  
bonorum, Dei immemoratio, animarum inqui-  
natio, nativitatis immutatio, nuptiarum in-  
constantia, inordinatio mœchia & impu-  
dicitia. Hi polluti mundari nequeunt, nisi  
singulari quadam expiatione meriti, &  
asperzione sanctissimi sanguinis I E S V  
C H R I S T I, cuius figuram vide Numer.  
cap. 19. 20. expositione Origenis, & D.  
Cyrilli Alexandrini C H R I S T O ac-  
commodatam.

Septimum

**7. sunt proditores.** Septimum est in hoc capite, eos esse proditores. Sic enim eos vocat D. Paulus in loco saepe citato 2. Tim. 3. 4. Menelaus qui 2. Mach. 5. 15. legum & patriæ fuit proditor: & Lutherus legum exustor, similes sunt proditoribus Iudæis, qui quos Iudas Machabeus captiuos habebat, pecunia corrupti permiserunt effugere 2. Mach. 10. 22. Lutherus autem captiuas ducit mulierculas oneratas peccatis, aut ex carceribus fuggientibus patrocinatur. Similes Iude Iscarioti, qui fuit proditor Luc. 6. 16. Et superiori cap. 6. docuimus eos similes illis esse quibus D. Stephanus Act. 7. 52. loquitur.  
*Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidae fuistis.* Digni certè, vt aut cū Menelao proditore ex editissima turri in agustum cinerem præcipitentur 2. Mach. 13. 6. aut cum Iuda Actor. 1. 18. laqueo vitam finiant & crepent medijs.

**8. sunt proterui.** Octauum est in hoc capite, eos esse proteruos. Sic eos depingit D. Paulus 2. Timoth. cap. 3. 4. *Proditores, inquit, proterui, tumidi.* Quam proteruiam satis superq; superioribus capit. 8. & 9. de Lutero eiusq; similibus ostendimus: pœnam autem

autem horum ex capit. 21. 18. 20. Deuteronomij, membro secundo huius capititis deduximus.

Nonò, puluillos quales sub omnium axillis consuant, vide apud Ezechiel in hæc verba de ijs scribentem, Ezech. c. 13. 17.  
*Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, & dic. Hac dicit Dominus Deus: Væ qui consuunt puluillos sub omnibus cubito manus: & faciunt cervicalia sub capite uniuersæ etatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificant animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propter hoc hac dicie Dominus Deus, Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitatis animas volantes; & dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitatis, animas ad volandum. Et dirumpam cervicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neq; erunt ultra in manibus vestris ad prædandum; Et scietis quia ego ~~sæpius~~ Dominus. Pro eo quod morrere fecistis cor iusti mendaciter, quem*

Z

ego


## 322 DE FALSIS PROPHETIS,

ego non contristavi; & confortasti manus  
impij, ut non reuertetur à via sua mala, &  
vineret: propterea vana non videbitis, & di-  
uinationes non diuinabitis amplius, & cruentum  
populū meū de manu vestra. & scietis quia ego  
Dominus. Hinc similis populus eorum apud  
Isaiam cap. 30. 9. Populus, inquit, ad ira-  
cundiam prouocans est, & filii mendaces, filii  
nolentes audire legem Dei. Qui dicunt viden-  
tibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite  
aspicere ea quae recta sunt: loquimini nobis  
placentia, videte nobis errores. Auferte à  
me viam, declinate à me semitam,  
cesset à facie nostra san-  
ctus Israel.

\* \*



CAPVT



## CAPUT XXI.

FALSO S P O P H E T A S  
 esse sanguinolentos scelestos, se-  
 ductores, segregantes semetip-  
 pos, speculatores cæcos, subdo-  
 los, spiritum nō habentes, tem-  
 plorū Dei violatores, tumidos,  
 turbulētos, vesanos, viduarum  
 multiplicatores, voluptatum  
 amatores magis quām

Dei.

**P**RIMVM in hoc capite est, eos esse san-  
 guinolentos, *Veloci*es enim, psalm. 13. 3. <sup>i. Sangus  
nolentis.</sup>  
 pedes eorum ad effundendum sanguinem. Pe-  
 des illorum, Prouer. 1. 16. ad malum currunt,  
 & festinant ut effundant sanguinem. Ipsi quo-  
 que vicissim, vt est ibidem v. 18. contra san-  
 guinem suum insidiantur, & moluntur frau-  
 des contra animas suas. Quorum conuentio-  
 la non congregabit Dominus, psal. 15. 3. nec  
 memor erit nominum eorū per labia sua. Odit  
 enim, Prou. 6. 17. manus effudentes innoxia-

Z 3      sanguis

*sanguinem.* Tales maximè fuerunt Iudei, qui occiderunt Prophetas Mat. 23. 35. super quos veniet omnis sanguis iusti, qui effusus est à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiaæ. Tales tēpore Davidis Gentes, de quibus Psal. 78. 1. dicitur: *Polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terra.* Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquā in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. Talis Pilatus, qui Luc. 13. 1. *sanguinem Galileorum miscuit cum sacrificijs corum.* Talis synagoga hæreticorum, hoc est, mulier illa Apocalypticæ, Apoc. 17. 5. mater fornicationum & abominationum terræ, quam vedit D. Iohannes ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Tales fuisse Anabaptistas, Lutherū quoq; Münsterum, Phiferum, & similes, capite 5. 15. 19. & 20. diximus.

*2. sc̄lesti* Secundò, sc̄lestos esse asserit D. Paulus 2. Tim. 3. *Ingrati, inquit, sc̄lesti, sine affectione:* tales tam prophetæ quàm sacerdotes, Isai. 1. 4. *Semen nequam, filii scelerati* *Antiohi v. 28. sc̄lesti & peccatores.* Talis Antiochus, *malitia.* qui 2. Mach. 5. 15. *sc̄lestis manibus sumens sancta vasa, quæ ab alijs regibus & civitatibus erant*

erant posita ad ornatum loci & gloriam, con-  
trectabat indignè, & contaminabat. Postmo-  
dum c. 7. 9. 34. sanctos Machabæos truci-  
dabat, ac tandem capite 9. 13. in extremo  
constitutus vitæ discrimine orabat hic sce-  
lestus Dominum, à quo non est consecu-  
tus misericordiam. Talis fuit Philarches 2.  
Machab. 8. 32. Ad tales Isaias, Isai. 57. 4.  
*Super quem lusistis? super quem dilatastis os  
& eieciſtis liguam? Nunquid vos filii scelesti,  
semen mendax?*

Tertiò sunt seductores, Sunt enim, in- 3. seducto-  
quit D. Paulus Tit. 1. 10. multi inobedientes, res.  
vaniloqui, & seductores, maximè qui de cir-  
cumcisione sunt, quos oportet redargui. Tales  
ante Christum fuerunt mendaces prophe-  
tæ. Vnde Isai. 9. 15. *Longæus & honorabilis  
ipse est caput: & propheta docens mendacium,  
ipse est cauda. Et erunt, qui beatificant populu-  
ustum seducentes, & qui beatificantur præcipi-  
tati.* Ier. 23. 32. *Ecce, ego ad prophetas som-  
niantes mendacium ait Dominus: qui narra-  
uerunt ea, & seduxerunt populum meum in  
mendacio suo, & in miraculis suis. cùm scili-  
cket conantur mortuos excitare, vt cap. 15.  
diximus. Cùm ergo non misissim eos, nec man-  
dasssem eis: qui nihil profuerunt populo huic,*  
*dicit Dominus. Monet ergo cap. 29. 8. Non*

## 326 DE FALSIS PROPHETIS,

*Vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in me-  
dio vestrum & dimini vestri. Tales post Chri-  
stum venturi, uti vaticinatur Matt. 24. II.  
dicens: Multi pseudoprophetæ surgent, & se-  
ducent multos. Et quoniam abundabit iniqui-  
tas: refrigerescet charitas multorum. Similia  
Marc. 13. 6. Luc. 21. 8. Talis Simon Ma-  
gus, qui seduxit gentem Samariæ. Tales  
illi, de quibus D. Iohannes, 2. Iohan. v. 7.  
*Multi seductores exierunt in mundum, qui nō  
confitentur Iesum Christum venisse in carnem:  
hic est seductor & Antichristus.* Quam pa-  
rūm ab hac re absint nostri pseudoprophe-  
tæ, satis cùm de pollutione Sabbathi capite  
20. egimus, docuimus. De his seductoribus  
est illud Michææ 3.5. *Hec dicit Dominus su-  
per prophetas qui seducunt populum meum:  
qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem:  
& si quis non dederit in ore eorum quippiam,  
sanctificant super eum prælum. Propterea nox  
vobis pro visione erit: & tenebrae vobis pro di-  
uisinatione: & occumbet sol super prophetas, &  
obtenebrabitur super eos dies. Et confunden-  
tur qui vident visiones, & confundentur diui-  
ni: & operient omnes vultus suos, quia non est  
responsum Dei.**

Quarto segregant semetipsos, de his  
D. Iudas vers. 17. loquens ait. *Vos autem  
charissi-*

charissimi memores estote verborum quæ pre- 4. segregata sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nos metipsos. nissimo tempore venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant se metipsos, animales, spiritum non habentes. Non enim nos ab illis fallis prophetis segregauimus, qui nunquam cum illis fuimus: sed ipsi sese à nobis, qui ante eos fuimus, & ipsi nobis sum. Vnde D. Iohannes 1. Iohan. 4. 1. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Et loquens de Antichristis 1. Ioā. 2. 19. Ex nobis ait prodierunt: sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permanissent utiq; nobiscum: sed ut manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis.

Quintò sunt speculatores cæci, spiritum non habentes. Speculatores eius cæci latores omnes, inquit Isaias capite 56. 10. nescierunt cæci spiritu universi. De quorum cæcitate egimus capi- tum non te 20. Quàm parum spiritus habeant, o- habentes stendit Iudas in sua epistola ver. 18. vt iam iam diximus. De quibus etiam superiori capite septimo, vbi ostendimus eos esse si- ne omni affectione rerum spiritualium & diuinarum.

328 *DE FALSIS PROPHETIS,*

Sextò sunt subdoli, ita enim eos depingit D. Paulus 2. Corinth. 11. 13. dicens. *Eiusmodi pseudoprophetæ sunt operarij, subdoli, transfigurantes se in angelos lucis.* Huius linguis suis dolosè agunt Psal. 5. 7. 11. & 13. 3. Rom. 3. 13. Tales abominatur Dominus, Psal. 5. 7. neq<sup>3</sup> Psal. 54. 24. dimidiabunt dies suos. *Maledictus enim dolosus,* Malach. 1. 14. Tales nostro tempore fraudulenti & dolosi prophetæ, qui excusso sacræ religionis iugo ad seculum redière. De quorum dolo & fraude, & fœdere rupto satis superque egimus capite 11. quibus convenit illud Oseæ 7. 16. *Reuersi sunt ut essent absq<sup>3</sup> iugo : facti sunt quasi areus dolosus.* Cùm enim anteà essent destituti gratia Dei, dediderunt se cultui diuino, à quo postea apostatae facti, iugo Domini suavi excusso, manum ab aratro Dominico amouent: & cū uxore Loth respiciūt retro: & vt canes reuertuntur ad vomitum, non secus atq; si viam veritatis nunquā agnouissent. Hinc Isaias capite 73. 18. *Quasi nihilam possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculeauerunt sanctificationem tuam.* Facti sumus quasi in principio, cùm non dominareris nostri, neq<sup>3</sup> innocaretur nomen tuum super nos. Arcus vero dolosus facti sunt, qui

qui sibi maximè nocet, & in animam suam  
venenatas, sagittas variorum peccatorum  
ei aculatur. Qui enim, Psalmo decimo, dili-  
git iniquitatem, odit animam suam. Oua  
aspidum, inquit propheta Isa. cap. 59. 5. ru-  
perunt, & telas araneæ texuerunt: qui come-  
derit de ouis eorum morietur: & quod confa-  
tum est, erumpet in regulum. Sic ex dolo suo  
venenum sibi metiatis hauriunt.

Septimò superbi sunt, ita D. Paulus 2. 7. *superbi*  
Timoth. 3. 2. Erunt homines seipso aman-  
tes, cupidi elati, superbi. Sic Iudæ vers. 16.  
*O* seorum loquitur superbiam. *Audiuiimus*,  
inquit Ierem. 48. 29. superbiam Moab,  
superbus est valde: sublimitatem eius: & arro-  
gantiam, & superbiam cordis eius. Ego scio,  
ait Dominus, iactantiam eius; & quod non  
sit iuxta eam virtus eius. Tob. cap. 14. 4.  
Nec superbi, inquit Judith 9. 16. ab initio  
placuerunt tibi: sed humilium & mansueto-  
rum semper tibi placuit deprecatio. Inter su-  
perbos semper sunt iurgia. Proverb. 13. 10.  
Nunquam enim nostri temporis hæretici  
inter se conueniunt: qui autem agunt om-  
nia cum consilio, reguntur sapientia: ut in  
tanto numero doctissimorum virorum  
qui sacrosancto Concilio Tridentino in-  
terfuerunt, videre est. Sic Proverb. 11. 2.

Z 5 Vbi

### 30 DE FALSIS PROPHETIS,

*Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia:  
ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. Ar-  
rogantiam illorum cap. 7. fol. 70. con-  
tumeliā c. 8. fol. 80. ostendimus: crima-  
tores eos esse, & superbiam eorū tantam,  
vt nullam dominationem patientur capite  
8. folio 82. & quod elato sint animo, ca-  
pite 9. folio 2. & quantum Luthero ipsi  
placeat sua superbia, ibidem folio 93. do-  
cuimus.*

*& rem-  
pla Dei  
violant.*

Octauō templorū Dei sunt violatores.  
Vt enim verorū prophetarū est promoue-  
re ædificationē tabernaculi & templi Do-  
mini, & ad eam rem comparare omnia,  
vt Exod. 35. 29. per Moysen prophetam,  
& per Dauidem 1. Par. 22. 14. & per Zoro-  
babel filium Salathiel, & Iosue filium Io-  
sèdec: & per prophetas, maximè Aggæum  
& Zachariam constat, adiuuantes eos. 1.  
Esd. capite 5. 2. & 6. 14. Aggæi capite 1. 7.  
8. 14. sic familiare est hæreticis & falsis  
prophetis eadem euertere, & polluere, &  
solo adæquare. Non attendentes ad pien-  
tissimum illum zelum Dauidis dicentis  
Psal. 131. 3. *Si introiero in tabernaculum do-  
minus meus, si ascendero in lectum stratimi ei. Si  
dedero somnum oculis meis, & palpebris meis  
dormitionem. Et requiem temporibus meis,*  
*donec*

donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Falsi prophetæ contrarijs planè studiis agunt omnia. Hoc ipsum patet ex omnibus, quæ capite 12. de furto illorum, & pollutione domus sanctuarij, tabernaculi, templi Domini capite 20. annotauimus. Quibus adde vel solas minas à scelerato Nicanore templo Domini intentatas, & Deo vindice grauissimè punitas, vt cap. 6. docuimus. Adde & spolia templi ab Antiocho facta, & pœnam sceleri debitam post seram pœnitentiam ex 2. Mach. cap. 9. Adde & iuuenes illos, & virgas in corpus Heliodori sacrilegi, 2. Mach. 3. 26. expeditas, confer cum violatoribus nostrorum templorum, quos copiosissimos habuit hoc seculum. Adde templæ sanctissima quæq; ab illis perniciolissimè habita fuisse, non minus quam tempore D. Augustini sacramenta ac sacras scripturas tenuerunt ad speciem & ad phantasmatum suorum imagines, vt D. Augustinus tom. 7. de baptismo lib. 3. cap. 19. probans id ex Ezechielis cap. 16. *Quacunq; inquit, seductores integra & legitima tenent, nec ea etiā sibiipsis arrogarent, & quasi propria vendicarent, nisi à plebis seductis vicissim seducerenter, cum eis creditur, & tales honores defen-*

## 332 DE FALSIIS PROPHETIS,

deferuntur & per eos habeant potestatem talia dicendi & sibi talia vindicandi, & error eorum veritas appellatur, & scelus eorum iustitia putatur propter sacramenta & scripturas, quas tenent ad speciem, non ad salutem. Ideo, & per Ezechielem fornicaria dicitur. Et protrulisti de vasis gloria tua de auro meo, & argento meo, ex quibus dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicatae in eis, & acceperisti vestem meam versicoloriam & coprussisti idola tua, & oleum meum & incensum meum imposuisti ante faciem idolorum tuorum, & in odorem bene olentem fecisti haec. Ad imagines enim phantasmatum suorum, cum quibus voluntari carnalis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta, & verba librorum sanctorum. Sic eodem tom. lib. 2. contra Cresconium cap. 10. dicit eos quidem habere nostra sacramenta, sed eos ea perniciosè tractare.

*g. tumidi* Nonò sunt tumidi, sic 2. Timoth. 3. 4. Proditores, inquit, proterui, tumidi. Habent labia tumentia. Prou. 26. 23. atq; adeo tota illorum Synagoga ita tumet, vt verè illis conueniat id Isai. 1. 6. *A* planta pedis usq; ad verticem capitis non est in eo sanitas, vulnus, & luor, & plaga tumens: non est circuligera, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Tantò

Tantò certè grauior plaga, quantò minus  
animaduertitur, & quantò minus fouetur  
oleo. Vnde tales facilè in perditionē ruunt,  
& tum maximè, cùm principio sunt proxi-  
mores. Sic Aman Ester 16. 12. cùm in tan-  
tum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt  
regno Mardochæum ceterosq; Iudeos pri-  
uare niteretur, in malam crucem actus est.  
Tales & miseri Iudæi, ad quos Moyses  
Deuter. 1. 43. Locutus sum, & non audistis,  
sed aduersantes imperio Domini, & tumentes  
superbia ascendistis in montem. Itaq; egressus  
Amorrhaus, qui habitabat in montibus, & ob-  
uiā veniens persecutus est vos, sicut solent apes  
persequi: & cæcidit de Seir usq; Horma, cùmq;  
reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit  
vos, nec voci vestra voluit acquiescere. Quo-  
modo Deo & Ecclesiæ Doctoribus, & san-  
ctis Patribus semper restiterint falsi pro-  
phetæ, satis ex capite 9. patet. Quid ergo, ve-  
loquar cum Eliphaz Themanite Job. 15. 12  
te eleuat, Luthere, cor tuum, & quasi magna  
cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet  
contra Deū spiritus tuus? Memineris Prin-  
cipum impiorum Madian, Oreb & Zeb,  
quorum tandem impij & superbi conatus  
repressi: & vbi occisi, vt est cap. 8. Iudicū,  
requieuit spiritus eorum, quo tumebant  
contra

contra electos Dei. Vnde Dominus eos  
minimè timendos indicauit Deut. 18. 20.  
*Propheta, inquit, qui arrogantia depravata  
voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non pra-  
cepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum  
Deorum, interficietur.* Quod si tacita cogita-  
tione responderis. Quomodo possum intelligere  
verbum, quod Dominus non est locutus, hoc  
habebis signum, quod in nomine Domini pro-  
pheta ille dixerit, & non euenerit: hoc Domi-  
nus non est locutus, sed pertumorem animi sui  
propheta confinxit: & idcirco non timebis  
cum. Vide quæ cap. 9. & superius mem-  
bro septimo de illis diximus.

*to. tumultuoso.*

Decimò sunt tumultuosí, ad quam  
rem facit Erasmi de Luthero & eius alleclis  
testimonium. Ait enim in libro illo,  
quem tertium scripsit de libero arbitrio:  
*Certe multi Lutheri discipuli ad publicam  
tranquillitatem adeo sunt inutiles, ut Turca  
quog, feratur execrari Lutheranorum nomen  
seditionis odio; cùm Christianos toleret ab ip-  
suis dogmatibus alienos.* Sed & Lutherus in  
Psalmum 5. scribens ait. *Christus non alia ra-  
tione confligit cum hereticis, quam ut inter  
illos existat factiosus quidam dissensionis spi-  
ritus.* Est enim in illis tumultus murmu-  
rationum, qui Sap. 1. 10. non absconditur  
& Sap.

Et Sap. 25. Omnia commista sunt in eis, sanguis, homicidius n, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & perjurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio. Sic Eccles. 40. 4. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio immutat scientiam eorum. Hinc tot cum novo Evangelio tumultus excitati sunt, partim foris, bellici: partim intus, domestici: quorum pœnam Dominus inquit, Isai. 30. 12. Spectasti, inquit, in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo: propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio, cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminuetur, sicut conteritur lagenafiguli contritione prævalida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, ant hauriatur parum aquæ de fouea. Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel, Si reuertamini & quiescatis, salvi eritis, in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis: & dixistis, Nequaquam, sed ad equos fugiemus ideo fugietis. Et capite 25. 5. Sicut aestus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quas calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. Quibus & vœ sempiternum minatur Isaias c. 17. 12.

V

## 336 DE FALSIS PROPHETIS,

Væ multitudo populorum multorum, ut multitudo maris sonantis : & tumultus turborum, sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. In tempore vespere, & ecce turbatio : in matutino, & non subsistet. hac est pars eorum qui vastaverunt nos, & sors diripientium nos.

Vndeциmó sunt vesani & stulti. Hinc  
**ii. Sunt Sophoniæ 3. 4. Prophetæ eius vesani, viri in-**  
**vesani & fideles : sacerdotes polluerunt sanctum, iniuste**  
**stulti.** egerunt contra legem. Infidelitatem in fœdere erga Deum ostendimus cap. II. sanctum polluisse, cap. 20. similiter legem ipsam combussisse. Vesani habent non dissimilem vesaniæ Balaam, cuius mentio est Num. 22. quos describit D. Petrus 2. Pet. 2. 12. dicens. *Hi velut irrationalia pecora, naturaliter in captionem & perniciem, in his que ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitia, voluptatem, existimantes diei delicias, coinquationes & macula: deliciis affluentibus, incontinuis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti. Pelli- cientes animas instabiles, cor exercitatum a- naritia.*

vanitatis habētes, maledictionis filij: derelinquentes rectam viam errauerunt, secuti viam Balalaam ex Bosor, qui mercedem iniustitiae amavit. correptionem vero habuit suæ vesanię subiugale mutū animal hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbinibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuria, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatē illos promittentes, cum ipsis serui sint corruptio-  
 nis, à quo enim quis superatus est: huius & seruus est. Quid hīc est Christiane lector,  
 quod vesaniam falsorum prophetarum  
 non attestetur? Aliud vesanię genus tra-  
 dit Artaxerxes Ester 16.5. de impiō Aman  
 & eius asseclis. In tantum, inquit, vesanię pro-  
 ruperunt, ut eos qui credita sibi officia dili-  
 genter obseruant, & ita cuncta agunt, ut om-  
 nium laude digni sint, mendaciorum cuniculis  
 conentur subuertere, dum aures Principum  
 simplices, & ex sua naturā alios estimātes, cal-  
 lida fraude decipiunt. Ut de illorum fraude  
 cap. 12. & de mendacijs cap. 10. & 19. di-  
 ximus. Vesaniam etiam Lutheri toties in  
 suis scriptis dogmata suā mutando, vbi  
 semper noua placita & dogmata suppul-

Aman  
vesania.

Aa Iularunt

## 338 DE FALSIS PROPHETIS;

Iularunt: demonstramus. Stultus enim  
ut luna mutatur, inquit Ecclesiasticus c.  
27. 12. Isaías verò 32. 6. Stultus, inquit, fa-  
tua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem,  
ut perficiat simulationem, & loquatur ad Doo-  
minum fraudulenter, & vacuam faciat ani-  
mam esurientis, & potum sifienti auferat.  
Quòd per stultitiam operentur iniquita-  
tem, queritur Ieremias Thren. 2. 14. Pro-  
phetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec  
aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœ-  
nitentiam prouocarent: viderunt autem  
tibi assumptiones falsas & eiectiones. Sci-  
tote Israel, inquit Oseas capite 9. 7. stultus  
prophetam, insanum virum spiritualem, pro-  
pter multitudinem iniquitatis tuae & multi-  
tudo amentiæ. Quasi dicat, vt iniquitas ita &  
amētia, maxima iniquitas, maxima in pro-  
pheta & populo tum amentia, tum vesania.

Duodecimum in hoc capite est, quòd  
12. Mul- multiplicant viduas. Hinc Ezech. 22. 25.  
tiplicant Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut  
viduas. leo rugiens rapiensq; prædam, animas deuora-  
uerunt, opes & pretium acceperunt, viduas  
eius multiplicauerunt in medio illius. De qua  
re postea capit. 23 cùm de natura leonum  
agemus. Tales erant, de quibus Isaï. 1. 23:  
Pupillo nō iudicant, & causa vidue nō ingredi-

ETHY

ur ad illos. Talibus minatur Malach. 3. 5.  
Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox  
maleficiis & adulteris, & periuris, & qui ca-  
lumniantur mercedem mercenarij, & hu-  
miliant viduas & pupillos, & opprimunt  
peregrinum, nec timuerunt me dicit Do-  
minus exercituum. Hunc testem velocem  
non expectabit pientissimus Iob, qui per  
apostolopesh cap. 31. 16. inquit, Si negavi  
quod volebant pauperibus, & oculos viduae ex-  
pectare feci. Sic cœdi bucellam meam solus,  
& non comedit pupillus ex ea.

Decimum tertium & postremum est,  
quod sint voluptati magis amatores quam  
Dei, ut est 2. Tim. 3. 4. iam sœpe repetitum,  
& docebit hoc præteritum caput 17. & 18.  
& paulò post caput 24, vbi de natura &  
cauda lupi agemus. Et hæc breuiter suffi-  
cient de pseudoprophetarum vitijs & pra-  
uis animi affectionibus. Nunc paucis agen-  
dum erit, quibus animalibus & rebus  
sint similes in sacris literis falsi  
prophetæ.

13. Voluptatū  
magis amatores quam  
Dei.

Aa ij QVI